



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

CHRISTO SECUNDANTE,
DE
JUDICIIS
REIPUBLICÆ
NORIBERGENSIS,

P R A E S I D E

DN. HENRICO *Sincen, Jcto,*
SERENISS. DUCIS PALATINI
SOLISBAC. ET INCLUTÆ REIP.
NORIB. CONSILIARIO, PANDECT.
PROF. PUBL.

*PATRONO ET PRÆCEPTORE SUO
ÆTERNUM COLENDO,
AD D. X. SEPTEMB.*

A. C. S. MDC XC.

PUBLICÆ

IN ALMA NORICORUM UNIVERSITATE
DISPUTABIT

CHRISTOPHORUS *Scheurl,*
à Defersdorf.
A. & R.

ALTORFII NORIC.
RECUSA IMPENSIS STEPHANI GREBNERI.
MDC CXXXII.



Lectori Benevolo

S.

AD quæ de exterarum Rerum publicarum statu noscenda intelligentia volumina explicare; si non omnem vitam, saltem plures annos impendere, iter etiam ingredi, & maria transmittere solemus; ea in patria nostra obvia, sub oculisque posita negligimus; seu, quia ita natura comparatum est, ut, rerum nostrarum incuriosi, aliena sectemur; seu, quod omnium rerum cupido languescat, quum facilis occasio est; seu, quod differamus, tanquam sæpius visuri & audituri, quod darur videre & audire, quoties percipere velis, inquit verbis nonnihil immutatis πολιτικώτατ. Plinius l. 8. ep. 20. At verò, utroque clarescere, hoc est, & domestica nosse, & exterarum non ignorare, id demum pulchrum est:

-- -- -- alterius sic

altera poscit operam res, & conspirat amicè.

Me enim quis solos (quod in Homericoproverbio est, per l. 13. §. 1. ad L. Jul. de adult.) Atridas suas uxores amare credat, aliarum etiam gentium, provinciarum ac regionum ritus moresque per vestigandi sunt. Contrà, ne quis in ipsa patria hospes sit, bujus quoque usus, & quidem præ cæteris est tenendus; hunc nisi excusseris prius, quàm ad extera perlustranda procedas, quomodo ea, quæ alibi vel vides, vel audis, vel legis, ad Patriæ salutem, cui post DEI gloriam quivis ingenuorum civium & subditorum unicè se natum & mancipatum novit, salubriter poteris applicare? Hæc altius apud animum meum perpendens atque ruminans, ne & ego, tanquam contemnens indigena ad remota circumspiciam, justissimis Viri, summa observantia colendi desiderii, ut nonnulla de dulcissima PATRIÆ JUDICIIS sive DICASTERIIS in Exercitii Academici vicem consignarem, non potui non

obsecundare. Non equidem diffiteor, parum abfuisse, quin & diffusa
 materialium varietas, & impar subsidiorum librariorum supellex, &
 intricata controversiarum difficultas diversum me egerint, nisi me, cu
 sola obsequii gloria relicta, obedientia ad imperata peragenda adduxis
 set, & occasio, in laudatissimum & apud Exteros etiam celebratissimum
 Patria statum penitus inquirendi, titubantem dexteram sustinisset
 mentemque fluctuantem firmasset. Accessit, quod honestissimum sem
 per duxerim, Majorum vestigia sequi; cum igitur, ut doctissimos cedro
 que illinendos aliorum labores Academicos silentii peplo involvam. Ve
 nerandus Dn. Atavus paternus, CHRISTOPHORUS SCHEURL
 p. m. Caroli V. Imp. & Ferdinandi I. Reg. Rom. nec non Electorum
 & Ducum Saxoniae, ut & Reip. Patriae Norib. Consiliarius Intimus &
 in quadam ad P. Joh. Staupizium epistola, de Reipubl. Norimb. re
 gimine, quam Christian. Gastel. Jur. Doct. Oper. de Stat. publ. Eu
 ropæ noviss. c. 32. n. 91. inseruit, (ut ut ipsius in multis hodie alia fa
 cies reperiat) vestigia mihi signaverit; idem impetus hanc quoque
 viam, iniquis licet passibus, terrendi me cepit. Circa quam Episto
 lam non possum non monere, nisi quidem in B. Dn. Atavi cineres in
 jurius esse, aut in pietatem Majoribus debitam degener peccare velim
 eam à Sanfovino, quasi suam, Italica tamen veste indutam, Tracta
 tui de gubernat. & regimin. diversor. Regnor. & Refump. I. 21. in
 sertam fuisse, ne verbulo quidem veri & genuini Auctoris mentione
 facta. Caterum si quis sit, qui ad hoc onus parum me aptum aut ido
 neum esse, vel quaedam in his thesibus incongrue posita, imò pleraque
 vel etiam omnia, non pro materia dignitate tractata arbitretur, is a
 suum judicium, meam quoque sententiam, menti suae planè in his con
 formem adscribat velim. Qui enim juvenis, hoc est, homo judicii v
 rilis & obfirmati expertus, Judiciorum arcana & penetralia accura
 rimari potuissent? Quin vela in judiciis obduci solita, & hic ten
 meo judicio quasi obducta animadverto. Ne quis tamen temeritate
 mihi objiciat, isti in aurem illud Plinii in sauro: Eà me ætate scripsisti
 quâ erroribus, si non laus, venia saltem parata est.

CAPUT I.

Generalia nonnulla, Liberis scilicet Imp. Civitatibus Jus constituendorum Judiciorum competere, exhibens.

SUMMARI A.

- §. 1. Jus sessionis & suffragii Comitibus una cum Superioritate Territoriali constituunt Imperii Statum.
- §. 2. Utrumque Jus, sessionis scilicet atque suffragii, etiam decisivi, competit Civitatibus Imperialibus (ubi de earundem Re. & Correlatione.)
- §. 3. Nec non Superioritas Territorialis, Lands Hohe Obrigkeit, re. imò certo respectu, Lands Fürstliche Obrigkeit.
- §. 4. Superioritas hæc, tanquam totum, ex variis regalibus, tanquam partibus, constat: inter quæ potestas LL. ferendarum & Judiciorum constituendorum eminet.
- §. 5. Unde Resp. Norib. vigore hujus potestatis nomotheticæ, tanquam Imperii Status, varia judicia constituit, de quibus præsens Dissertatio.

§. 1.

Quemadmodum nec à sola Immedietate, nec à collectarum solutione sola, nec à relatione in Imperii matriculam, nec denique à nuda ad Comitibus vocatione (quasi hæc essentialia & indubia requisita essent) Imperii Statum, sive Civem, absque formidine oppositi definire licet; ita genuinus, formalis & necessarius character Status Imperii est Jus sessionis & suffragii in Comitibus Imperii universalibus, cui Superioritas Territorialis, tanquam inseparabile consequens, annexitur. Vid. Dn Schved. in Instit. J. P. part. spec. sect. 2. c. 1. n. 2. seqq.

§. 2. Cum verò disertissima Instrum. Pac. Osnabrug. verba art. 8.

§. 4. tam in universalibus, quàm in particularibus Diæti liberis Imperii Civitatibus, non minus ac cæteris Statibus Imperii decisivum votum assignent, illæque sessionem in Comitibus omnino obtineant, nemo, nisi qui adversus quotidianam experientiam, hoc est, solem loqui velit, inficias ire poterit, Lib. Imperii Civitates Status Imperii esse. Quamvis etenim inter Superiora Collegia & Civitatum Imperii confessum

adhuc circa modum *Re- & Correferendis* versetur, non tamen illa quod visum est *Cl. Bæcler. in Notit. Imper. lib. II. c. 3.* rectè ob id notato à *Christian. Gastel. de Stat. publ. Europ. c. 32. n. 7.* in hoc consistit, quasi illa hæc ad *Re- & Correlationes* planè admittere nolint, cui quotidiana experientia reclamât; sed quod Civitates non statim a primam inter Electorum ac Principum Collegia institutam *Re- & Correlationem* vocentur, verum illa potius bis terve ac pluries instituantur donec inter se conveniant. Qua de controversia extant insignia scripta apud *Auctorem der Grund. Beste des Röm. Reichs, P. II. c. 6.* Neque tamen inde consequitur, Liberas Imperii Civitates voti decisivi effectum carere, in quo dubio, quod mireris, hæsisse *Cl. Conring.* meminimus in *Disp. de Comit. §. 53.* Neque enim, etiam postquam superiora Collegia in unam sententiam tandem convenere, Civitatum Collegia eam sequi necesse est; sed instituta cum prioribus, simul juris, *Re- & Correlatione*, illorum conclusum auditur, & istarum quoque sententia sive conclusum exquiritur & percipitur, vicissimque in scriptis ferè conclusa communicantur, ac prævia matura deliberatione super iis articulis, in quibus discrepant, iterato congressu omnium tractatur, & subsecuto, ut fere fit, consensu, tunc demum *conclusum Imperii, ein Reichs-Schluß*, per directorem Moguntinum formatum, omnibus Collegiis rursus proponitur, tandemque Cæsareo Commissario exhibetur. Si verò Civitates in quibusdam differere pergant, illarum conclusum separatim unà cum Electorum Principum concluso Cæsareæ Majestati exhibetur, quæ non semel Civitatum sententiæ, non vero Electorum ac Principum concluso accedit. Cujus rei exempla aliquot adferri possunt. Recentissimum vero occurrit in negotio translationis *Cameræ Imperialis* Spiræ Francofurtum ad Moenum, Anno superiori 1689. cum Civitates Imperii per *Frankofurto*, hoc Augustissimum Imperii Tribunal ex causis allegatis recipere recusante, starent; Electores verò ac Principes contra niterentur, Cæsarea Majestate tandem Civitatum voto calculum elementissimè adponente. Unde postea *Wexlariam* translatum est.

§. 3. Stabilità igitur & posità notà Statûs Imperii constitutivâ in Lib. Imp. Civitatibus, non potest non individuum illius consecutivum, quod est *Superioritas Territorialis*, in illis etiam necessariò poni, quam Superioritatem etiam illis laudata Imperii sanctio d.l. assignat, quicquid mercenarius ille Principum (cui audit *Limneo l. 7. J.P.c. 1.*) *Knichen. de Jur. territ. c. 1.* ogganniat, cujus tamen argumentis, præter sexcentos alios satisfacere *Limn. c. 1. & Knipschild de Civit. l. 2. c. 5.* Negari quidem non poterit, Civitates non habere *Landes: Fürstliche Obrigkeit quod literam, prædicatum & titulum*, cum Principum jura personalia, eminentiamque personalem sive dignitatem non habeant: At verò hoc prædicatum non facit Statum Imperii; aliàs sequeretur, neque Imperii Comites atque Barones esse in Statuum numero, nam nec hi *Landes: Fürstliche*, sed *Landes: Gräfliche, Landes: Herrliche Hohe Obrigkeit* habere dicuntur. Civitatibus tamen *Landes Hohe Obrigkeit* oder *Landes Ober: Herrlichkeit* competere, ex *Wurmser. Exerc. J. P. III. tb. 18. Dn. Struv. Ex 4. tb. 78.* imprimis ex laudato *art. 8. Instrum. Pac. §. 4.* demonstrat æternum *Eberhardina Decus, Beat. Dn. W. A. Lauterb. de Jur. Fisc. c. 2. §. 4.* ubi in fine addit, non absurdum esse, etiam Jus Superioritatis Civitatibus competens vocare *Landes: Fürstliche Obrigkeit*. Si enim, subdit, *Jura Majestatis Civitatibus communicata Regalia (Königliche Hoheiten à Rege)* dicuntur, quid obstat, quò minus hoc quoque Jus, à Principe sive Imperatore communicatum, Principale sive Principis dicatur.

§. 4. Inter *Regalia* hæc, ex quibus, tanquam partibus potestativis, (cui *Dn. Schvveder. c. 1.* his terminis utitur) *Superioritas Territorialis*, seu totum potestativum constituitur, caput præ reliquis effert *Potestas ferendarum legum*, quibus jubemur, quid factò opus sit. Lex enim, ut nervosè pariter atque succinctè *Jctus Papinian. in l. 1. D de LL.* definit, est commune præceptum. Sed quemadmodum parum est jura condere, nisi, qui ea tueatur, existat, c. un. *Extrav. commun. de Judic.* & lex sine observantia & applicatione est campana sine pistillo; ita legum

gum applicationem præstant *judicia*, judicare quippe est legem singulis applicare casibus. Conf. omnino *Dn. Becmann. Medit. Polit. c. 13. §. 1. & c. 14. §. 1.* Inde (ut tandem eò deveniam, eò primum collineavi) collectu facillimum est, Civitates Imperiales, tanquam Status Imperii autocraticè, uti legum in suis territoriis ferendarum, ita & ut eas tantò commodiùs effectui dare queant, judiciorum constituentium potestatem habere, ut demonstrat *Knipschild de Jur. & privit. civit. Imper. l. 2. c. 8. n. 10.*

§. 5. Atque ex eo est, quod *Incluta Resp. Noribergensis*, vigore *Superioritatis Territorialis* sibi, tanquam Imperii Statui, competentis, propter varia *Reip.* negotia, quæ, teste *Knipschild cit. tr. l. 5. c. 2. n. 25.* in uno eodemque Senatu & judicio expediri commode nequeunt, non tantum salubriter, sed & jure, diversa, eaque decantatissima *Tribunalia prima & secunda instantia*, pro administranda *Justitia* atque tutandis *Legibus* constituerit, de quibus in præsentibus delibare nonnulla lubet, ita quidem, ut prius *subalterna*, postmodum verò *Superius Appellationum Judicium*, licet soloci filo, pertexamus **CHRISTE JESU**, qui propediem venturus es ad judicandum vivos & mortuos, mentem, linguam manumque dirige, bebes *judicium acue, & equa, si placet, Lectorum judicia propitiùs largire.*

CAP. II.

De *Judicio*, quod *Civitatis* sive *Stadt=Gericht* κατ' ἐξοχήν vocari consuevit.

S U M M A R I A.

§. 1. *Ratio Methodi.*

§. 2. *Judicii Etymologia & Homonymia.*

§. 3. *Synonymia, ubi quid Placitum quid Mallum sit?*

§. 4. *Judicii Civitatis in Reform. Norib.*

- rimb. (de cujus denominatione incidenter) prima fit mentio.*
- §. 4. *Personæ Judicii hujus nobiliores sunt (1) Judex.*
- §. 5. (2) *Duo Senatores.*
- §. 6. 7. 8 (3) *Assessores, qui cum Romanis Assessoribus conferuntur.*
- §. 9. (4) *Scabini, Schöpffen, unde dicantur.*
- §. 10. *Cause, quæ in hoc judicio tractantur, sunt Civiles, etiam pupillares,*
- §. 11. *Imò & matrimoniales, de quarum competentia.*
- §. 12. 13. & 14. *disquiritur.*
- §. 15. *Denique quæ sunt voluntariæ jurisdictionis,*
- §. 16. *Exemptio illius ab aliis judiciis, non quidem Supremis Imperii, ipsis*
- tamen subordinatis, & speciatim Judicio Casareo-Provinciali Onoldin*
- §. 17. *Tempus hujus Judicii: publicæ audientiæ quid?*
- §. 18. *Locus æstivus audientiarum publicarum.*
- §. 19. *Sala quid? An die Sal bringen, mit rechter Sal, Salbrie Gallent, Salmans-treu, gesale Salbücher.*
- §. 20. *Locus hybernus. Locus & tempus sententiarum concipiendarum.*
- §. 21. *Processus hujus judicii (1) remissivè, (2) rhythmicè, &*
- §. 22. (3) *summatim relatus: Processus sc. articulatus.*
- §. 23. & 24. *An post Rec. Imperii in hoc judicio tolerari possit?*
- §. 25. *Appellatio ab hoc Judicio.*

§. I.

Quemadmodum observantiam supremorum Tribunalium inferiora judicia, instar acus magneticæ punctum polare, in quantum non declinat, anxio motu & sollicito quasi vibratu sequentis, respicere debent, arg. §. f. J. de satisd. ubi cum allegatis vid. J. Ctus Hispanus, Anton. Pichard. num. 1. & 2 R. J. de anno 1570. §. Damit aber, 77. Rec. Dep. de anno 1600. §. Diemeil aber, 20. nisi quatenus vel urgens Reip. utilitas vel evidens Status ratio inde non nihil devertgere suadet; ita nemo credo, præsentem differendi ordinem infamabit, si eundem, quem alii in texenda summorum Judiciorum historia tenuere, & nos in præsentem Judiciorum, quæ Noribergæ vigent, adumbratione, pari quidem conatu, ut ut impari effectu, servaverimus.

§. 2. Non tamen extra oleas prorsus vagabimur, si vel tribus antea verbis paucula quædam de Judiciorum *Etymologia, Homonymia & Synonymia* præmiserimus. Judicium à Jure dicendo ita dicitur,

citur, sicque quasi Justidium sive Juridicium audit, juxta *Vultei d. Jud. l. 1. c. 1. n. 30. & Matth. Steph. de Offic. jud. l. 1. c. 1. n. 12.* cu-
 justitium, quo jus sistitur, sive judicia vacant, opponitur. Vid. *Vultei d. c. 1. n. 30.* Sumitur autem *Judicii* vox diversimodè, aliudque in ho-
 mine, alud extra hominem significat. In homine modò pro illa men-
 tis facultate, qua alterum ab altero discernitur, & qua pupilli & fu-
 riosi carere dicuntur, §. 1. *J. quib. non est permiff. fac. test.* modò
 pro credulitate sive opinione hominum capitur; inde est, quod dici-
 mus: testem deponere de suo *judicio*, i. e. secundum ea, quæ novè
 aut credit: *Extra hominem* applicatur vel *causis non controversis*, &
 designat *ultimam voluntatem*, l. f. §. 1. *de inoff. testam. vel causis con-*
troverfis, & sic alibi *actionem*, v. l. 41. *D. de Judic.* alibi *locum*, in
 quo lites tractantur; Nonnunquam *totius causa disceptationem*, quæ
 inter actorem & reum coram judice instituitur, denotat. Commu-
 niter (qui significatus hic præcipuè militat) pro Collegio *Judicis & Ap-*
sesorum, qui jurisdictionem exercent, hodie accipitur, ut in simili
judicium Rothvvilense vocat *Celebratissimus Camera Imperialis Asses-*
for, *Dn. Mauriti. in Dissert. de Jud. Rothvvil. c. 2. tb. 2. in f.* Confes-
 de variis his *judicii* significationibus *Marant. P. 1. spec. aur. & Gloss. a-*
c. in judiciis. 12. de R. J. in 6to.

§. 3. Cæteroquin *Judicii* voci equipollet plerumque *Forum*
Tribunal, *Jus* (v. t. t. *de in jus vocand.*) *Dicasterium*. Sed hæc tralat-
 tia sunt, & à nobis eum potius in finem prolata, ut *Disputationis* lo-
 gibus satisfaciamus, quàm ut iis diu immorari velimus. Vid. inter
 rim *Vultej. cit. loc. de Sala*, *Sal*, synonymo *judicii*, infra commo-
 dior differendi occasio dabitur. Apud veteres Germanos vocabatur
 hic *judicii locus & confessus Mallum sive Placitum*, *Mahlstatt* ode
Platz. Vid. post *Gryphiantrum de Weichbild. c. 65. B. Dn. Conring.*
de Judic. Reip. German. tb. 28. & Dn. Hachenberg. de German. Me-
Dissert. III. tb. 27. præprimis Lebmann. in Chron. Spir. l. 2. c. 3.
Mallus enim, sive *Mallum*, dictus fuit publicus conventus, in quo ma-
 jores causæ disceptabantur, *judiciaque majoris momenti exerceban-*

tur à Comitibus, Missis dominicis, aliisque judicibus. Etymon ejus *Guichard.* arcessit à Malal, Hebræo, quod denotat, dicere loqui: ali-
 à voce Germanica *Mal*, quæ congregationem, aut convivium signi-
 ficat; Sed probabilius alii à *Mahl* sive signo, aut *Mael* Saxonico,
 i. e. à jure, lege, judicio deducunt. Unde non solum *Male* & *Maal*
 causam, rem & actionem Danis denotat, ut observavit *Resen. ad Jus*
aulic. Canuti II. Regis Dania; sed etiam *Mallare* & *ad mallum mani-*
re est idem ac ad mallum citare, sive in jus vocare. Vid. pluram hanc
 in rem apud *Carol. du Fresne in Glossar. ad Scriptor. med. & infima*
Latinit. sub verbo Mallus, Mallum & seq. nec non *Gryphiand. c. tr. c. 65.*
n. 9. atque *Ruland. de Commissar. P. II. l. 6. c. 3. n. 7.*

§. 4. Cum itaque principem non solum inter cætera urbis ju-
 dicia subordinata locum, sed etiam in ipsa *Reformatione Norica*, (quo
 nomine jura localia S. P. Q. Noriberg. insigniuntur, forte ex eo, quod
 cum primitus excusa temporis successu hinc inde, quæ fata Legum sunt,
 mutarentur atque reformarentur, ob hanc revisionem & recensionem,
Reformationis titulo hæc sua jura localia insignire maluerunt vene-
 randi Reipubl. nostræ Majores) paginam *Judicium Civitatis*, in ex-
 quisitori sensu ita dictum, *sive Prætorium Urbanum*, *das Stadt-*
Gericht, jure suo occupet, & ob id etiam primarii Dicasterii nomi-
 ne veniat, meritò & hic sui considerationem præ reliquis sibi vindic-
 cat. *Caput hujus judicii*, quod, genuinis Historicis relationibus id
 attestantibus, natales A. C. S. 1497. debet, est *Judex*, qui quamvis
 voto consultativo pariter ac decisivo destituatur, citationes tamen,
 cum primis Edictales, suo nomine decernit, aliosque actus peragit,
 & post sententiarum collectionem, secundum majora, sententiam de-
 finitivam in causis submissis per *Dicographum* pronunciat; *de san-*
guine quoque judicat, vota Dan. Scabinorum in judicio Criminali ex-
 quirat colligitque, sententiam ex breviculo recitare jubet, ejusque
 executionem spiculatori mandat; quamvis hoc munus, non quæ Ju-
 dex nostri Dicasterii, sed quæ *Judex Criminalis*, als *Kayserlicher*
Bann-Richter peragat.

§. 5. In

§. 5. In publicis audientiis, (de quibus infra §. 17.) *duo ex Generof Dnn. COSS.* totius Senatus nomine per integrum mensem Lunarem, cuilibet scilicet mensæ unus, *president*, queis, mense finito, alii bini succedunt, & sic deinceps.

§. 6. Porro Judici nostro sive Prætori urbano sui sunt *Assessores & Scabini*. Sicut autem Jurisperiti & Consiliarii, qui Magistratibus olim Romanis assignabantur, ab assidendo *Assessores* nuncupati sunt, prout constat ex *l. 5. D. de Assess.* quamvis ipsis nulla competierit jurisdictio, sed illorum officium constiterit in cognitionibus, postulationibus, libellis &c. per *l. 1. D. eod.* scilicet, ut docerent, quomodo judex cognoscere debeat, quomodo postulationes instituendæ sint; item, quomodo libelli citatorii sive excitatorii, nomine Magistratum, ad inferiores judices decernendi, edicta ad provinciales aut decreta quomodo causa cognita conficienda, aut pro re nata epistolæ aut relationes ad Principem concipiendæ? uti *d. l. 1. D. N. PRÆSES, Præceptor & Patronus jugi honoris cultu æternum prosequendus*, ad *D. de Assessor.* explicat; unde etiam consiliarii in *l. 5. D. l. 10. 11. & 12. C. eod.* & participes consiliorum in *l. 1. & 7. C. eod.* dicti sunt, teste *B. Dn. Lauterb. de Consil. P. I. c. 2. ib. 5.* Ita nostro quoque Judici, pro placito Generosorum Patrum Patriæ, tres vel quatuor *Assessores*, hodie ex Magnif. Dnn. Consiliatorum Collegio adjuncti sunt, *quorum*, ut *B. Dn. Atavus in sua de Rep. Noric. conscripta Epist. c. 23.* loquitur, *est consulere & jus indicare tantum*, sive, qui voto solum consultativo gaudent, & *ea explicant quæ legum sunt*, utpote in quo *Assessorum officium versare docet N. 82. pr.*

§. 7. Censet quidem *Dn. Schilter. Ex. ad w. 5. sb. ult.* *Assessores* hodiernos à Romanis multum distare, quod illi cum Præsidente suo conjunctim potestatem juris dicendi habeant, ut ex votorum, quæ Præses sive Judex & *Assessores* ferunt, collectione sententia concipiatur. At enim verò, licet hoc aliis *Assessoribus*, maximè quos summa illa Tribunalia suspiciunt, de quibus *Dn. Schiltero* sermo, largiri queamus; in nostris tamen *Assessoribus* imaginem adhuc veterum
Romano-

Romanorum Assessorum spirare, negari vix poterit, cum non tam lites decidant, quàm de iis decidendis consultant, & omnia relata hætenus Assessorum Romanorum munia subeant.

§. 8. Neque tamen est, ut ista Assessorum cooptatio videatur testimonium atque argumentum inscitæ patriarum legum, quod *Hebraorum Livius, Josephus l. 2. adv. Appion.* quondam voluit; nisi & *Papinianum*, acutissimi ingenii Virum, meritoque ante alios excellentem, encomiastâ ipso Imperatore in *l. 30. C. de Fideicomm. inscitæ* talis arguere velimus, utpote qui tum alios, tum *Paulum & Ulpianum* Jctos assessores habuit, arg. *l. Lecta 40. D. de R. C.* Addatur *Lampr. in Alex. Sev.* cum cujus loco omnino conferendus est *B. Rupert. in Enchir. ad Pompon. de O. J. c. 1. Vid. Wissenb. ad C. de Assess.* Unde suo more, i. e. solidè ac succinctè *Jac. Gothofred. in serie Digest. tit. de Assessor.* Notandum, inquit, *Magistratus non solos ferme jus dixisse: verùm Assessores insuper suos sive Consiliarios habuisse, qui juris peritiam ipsis suggererent, sive quia ipsi ferme Magistratus arma magis, quàm jura plerumque nossent, sive quia adjutoribus nonnullis potestas omnis eget, quorum consilio regatur.*

§. 9. Præter hos Assessores, ut innuimus, Judici nostro sui præstò sunt *Scabini*, olim quidem octo, teste *B. Dn. Atavo. c. l.* hodie verò ordinariè XII. qui ex Patricio ordine, solenni electionis post Paschatos festum tempore, ab Incluto Senatu Reipubl. leguntur & confirmantur, atque duas mensas sive duo auditoria constituunt. Hi votum decisivum habent, & cum de ferendâ sententiâ quæstio est, in certo Conclavi, unâ cum Assessoribus, omnes simul congregati, perlectis actis præviisque Relationibus & Correlatosibus, ac causarum momentis probè perpensis, tandem suo calculo lites dirimunt. In vernacula *Schöpfen*, fallor, aut à jure *inveniendò*, sive ab *hauriendis sententiis* ita dicuntur, cum phrasis illa oppidò trita sit *Urtheil schöpfen*, pro *Urtheil abfassen.* *Matth. Stephan. de Jurisd. l. 2. p. 2. c. 4. n. 50. B. Dn. Dietherr in Contin. The-saur. Pract. Besold. verb. Schöpfen.* Alii *Scabinos à scamnis,*

quibus insident, quasi *Scammios*, dictos volunt, quod quemadmodum Advocati, Procuratores &c. stare; sic Judices, Scabini, Assessores &c. sedere dicantur: Sed hanc derivationem allusionem potius, quàm veram originationem quis dixerit, perinde ut eam, quod Scabini dicantur à scateo: quamvis enim hanc ipsam vel maximè propterea probet *Matth. Stephan. c. l. n. 52. seq.* quod à Scabinis scateo jus, vel juris sententia, quæ ab ipsis pronuntiat; at tamen Scabinorum etymon rectius alii viri docti arcessunt à Teutonico *Schöpet* *Schepen* vel *Schöpfen*. Vid. *Car. du Fresne in Gloss. verb. Scabin* ubi insimul multa notatu digna de Scabinis proponit.

§. 10. Declaratis sic *personis nobilioribus* iudicium hoc constituentibus, quibus subordinati & adjuncti sunt duo *Dicographi*, *Gerichts-Schreiber*, eorumque *Amanuenses*, *des Stadt-Gerichts Substituten*, nuncii jurati & alii, consequens nunc est, ut etiam de *causis*, quæ hic agitantur, dispiciamus. *Civiles* igitur *causæ* omnes, ob quas civis civem, vel peregrinus civem, ut Reum, convenire vult, sive illæ reales fuerint, sive personales, quarum summa centum florenos excedit, & quæ speciale forum in urbe non sortiuntur, cum quo tamen plerumque concurrentem jurisdictionem habet, in hoc iudicio expediuntur ac definiuntur. Vid. *Ref. Nor. tit. I. l. I. §. Alle und je de ic.* Quid? quod & *controversiæ ad pupillos* attinentes, certo modo hic ventilantur. Licet enim pupillis atque minoribus, ex *Inclyt. Senatus* numero quatuor *Supremi Domini Tutores* Sapientissimi (quos *DEus æternum sospitet*) saluberrimâ, imò beatâ curâ, & summo Reip. bono prospiciant, ut puta tutores constituendo, aut in demortuorum, suspectorum excusantiumque locum alios substituendo, rationes eorum acceptando, revidendo, curando, ne pupillaris pecunia sterilis aut otiosa, sed potius occupata sit, ne pupillaris prædia citra specialem consensum alienentur, & quæ alia aternis laudibus decantanda eorum munia sunt, de quibus videri potest *Dn. Atav. in cit. Epist. de Stat. Reip. Nor. c. 20.* ubi inter alia addit *Nisi hanc supremorum Tutorum vigilantiam à Senatu Veneto Optin*

Patres Patrie mutuassent, plurima defunctorum elogia quotidie suppressa fuissent; Litigia tamen tutorum & curatorum, item causarum, quas tutores ad declinandum tutelæ onus obvertere amant, cognitio, utrum legitimæ sint, nec ne? an prægnantes alienationis causæ? &c. ad hoc nostrum forum sæpius ablegantur & remittuntur.

§. II. *Causæ porro matrimoniales in hoc foro, tanquam competenti, tractantur, quamvis eo in casu Forum in-super Matrimoniale, das Stadt- und Ehe- Gericht, in specie vocari soleat. Dubia cuiquam videri possit hæc competentia, quod causæ matrimoniales sint fori Ecclesiastici, & ad Jura Episcopalia pertineant: Hinc in Saxonia & aliis plerisque locis illæ causæ in judiciis Ecclesiasticis atque Consistoriis, assidentibus personis Ecclesiasticis (quales in judicio nostro nullæ comparent) tractantur. Verum, (ut taceam, minimè fore tacendum, Johannem Lanojum, virum nostri seculi eruditissimum, Regi Galliæ, scripto Lutetiæ Parisiorum anno 1674. edito, Regiam in matrimonium suorum Principum ac Subditorum potestatem egregiè adseruisse, quam ob causam Romæ in Indicem expurgatorium inferi meruit, de quo videri possunt Acta Eruditorum Lipsiensia anno 1687. fol. 602. &c. item quod causæ matrimoniales, etiam ex veriore Canonistarum calculo non absolute Ecclesiastici, sed mixti sint fori, maximè ubi de dote, successione &c. agitur. Vid. Gonz. Tellez. ad c. 5. de Procur. n. 2. & ad c. de Ordin. cognit. n. 3. ibique plures. Petr. Barbos. ad l. Titia. 35. D. sol. matrim. n. 23. & seq. Brunn. l. 3. Jur. Eccles. c. 1. §. 17 ibique Stryck. in not.) cum vigore Transactionis Passaviensis, & R. J. de anno 1555. §. Damit auch 20. Jurisdiction Pontificis in terris Protestantium ad amicabilem usque compositionem suspensa, & omne Jus Episcopale Statibus Imp. ut & reliquis Immediatis, Augustanae Confessionis addictis, concessum sit, quivis haud difficulter colliget. Civitatem Noribergensem, tanquam Statum Imperii, quæ sola in suâ diocesi Episcopalia sibi jura vendicat, jurisdictionem nostri judicii etiam quoad causas matrimoniales omnino fundare potuisse.*

§. 12. Nec obstat, quod huic iudicio nulli associentur Clerici. Vix enim negari poterit, quod tam stricta causarum matrimonialium maximè ubi extra casus conscientia, considerantur, ad Clericos assignatio, Pontificiorum solum hypothesis de septenario Sacramentorum numero, ad quæ matrimonium quoque referunt, originem debeat. Per se enim causæ matrimoniales, si Jus Divinum, Gentium & Civile inspiciamus, sunt meræ seculares, à reliquis negotiis vitæ humanæ non alienæ. Vid. Alber. Gentil. de Nupt. l. 1. c. 18 & 19. Petr. Frider. Mindan. de Proc. P. 1. c. 10. n. 3. ibique alleg. Hotmann. Consil. 10. n. 2. Casp. Ziegl. ad aur. prax. Calvol. S. Austregæ, concl. 2. num. 8. atq. Schubhard de Austreg. c. 5. n. 80. Quò facit illud B. Lutberi in lib. de Ehe-Sachen: Wann wir (Geistliche) beginnen Richter Ehe-Sachen zu werden, so hat uns das Kamp-Rad bey dem nem Ermel ergriffen, und wird uns fortreissen, daß wir müssen über die Straff richten, so müssen wir auch über Leib und Gut richten, da sind wir dann unter dem Rade, und ersauften im Wasser des Weltlichen Handels. Quod vero in hisce causis sæpe agatur de vinculo dirimendo, aliisque casibus conscientiam concernentibus, quos nemo feliciter Clericis resolvere possit, ad id respondemus, quod nullum in vitæ humana negotium obveniat, quod non quadantenus ad conscientiam referri possit. Sed quis inde inferre Ergò omne negotium à Clericis esse expediendum, quod conscientia quies vel inquietas in eo versatur? Ejusmodi namque casibus perplexis & maximè dubiis obtingentibus, præprimis ad implorationem partium, iudicium nostrum celeberrimorum Consistoriorum Conclusa, clarissimarum Academiarum consilia, exercitatus sumorum Theologorum placita requirere & explorare fortè non dubitabit, ut inoffenso postmodum pede in iudicando procedere queat.

§. 13. Addimus, quod huic iudicio versatissimi in utroque Canonico scilicet & Civili, Jure Consulti assideant, quos sæpius etiam exteris, etiam Illustr. personis in consilium tali in casu adhibitos nominavimus. Licet ergò vel maximè moribus nostris in quibusdam provinciis

vinciis, Augustanæ Confessioni addictis, etiam Ecclesiasticæ personarum cognitioni & decisioni causarum matrimonialium adhibeantur, hoc tamen solummodo fit ex hypothesi. J. Can. non quod necessarium est Clerici cognitioni harum causarum interesse debeant, quamvis de quoad mores, diversimodè res agatur; quæ ratio est, quod Knichen. de Superior. territ. c. 3. num. 275. asserat: *Alibi causas matrimoniales, (quæ primitus solummodo concernebant, postmodum Ecclesiastici cœperunt esse fori) tractari à Politicis, ut in Palatinatu & Hassia, rejectis aliis negotiis ad Concilium Ecclesiasticum; alibi mixtum rem geri.* Etsi verò, & hoc Knichenii assertum non in toto Palatinatu, nec universa Hassia obtinere, contendat Schubhard. de Austreg. cit. c. 5. n. 84. & propterea ad experientiam contrariarum provocet; sufficit tamen, quod in quibusdam Hassiæ & Palatinatu locis judicia matrimonialia per solos Politicos constituta fateatur, hoc que respectu Stryck. ad Brunnem. l. 3. Jur. Eccl. c. 1. §. 17. hunc Schubhardi locum non incongruè adducat. Idem & Hamburgi & Lubecæ obtinere, ex fideli amicorum Hamburgensium relatione hausimus?

§. 14. Quinimò de matrimonio, etsi vel maximè mixti fori esse credatur, in foro sæculari agi posse & debere, si causa concernat vel alimenta, vel matrimonium ex causa politica prohibendum, v. g. si liber homo feminam adscriptitiæ conditionis matrimonio sibi jungere velit, testis est *Mev. P. III. dec. 199. n. 2. & dec. 288.* Optimè hæc comprobant, quæ *Dn. Schved. Introd. J. P. part. spec. c. 12. §. 5.* habet: *Pertractantur cause hæc (scilicet ad jurisdictionem Ecclesiasticam spectantes) ferme sine strepitu, processu summario, Ern. Gothofred. de Jur. Consist. th. 70. judicio pariter à Theologorum ac solummodo numero animato, sic, ut Præses seu Director sit solummodo utroque jure tam quoad causam, quàm processum instructus, quamvis nihil impediatur, quo minus soli solummodo personam Principis ex de legatione repræsentent.* Vid. Ernest. Gotbofr. th. 58. Add. *Mev. P. IV. d. 1.*

§. 15. Cæterum, quod & ea, quæ voluntaria sunt jurisdi-
 ctionis, insinuationes v. g. testamentorum, inventariorum &c. in
 hoc Urbano Prætorio expediantur, extra omnem controversiæ aleam
 positum est.

§. 16. Illud singulare est, quod extra Aulicum Imperii, &
 supremum Camerale Judicium, in casibus, quibus hæc suprema judi-
 cia etiam quoad primam instantiam per viam simplicis querelæ fun-
 datam habent intentionem, de quibus Jac. Blum. in Proc. Camer. t.
 78. & multis seqq. nullum sive fuerit aulicum Principis, sive Provin-
 ciale, & nominatim Cæsareo-Provinciale Onoldinum (de quo plura
 infra c. 4.) sive Centicum, aut ullum aliud extraneum tribunal con-
 currentem cum nostro hoc judicio habeat jurisdictionem. Et si enim
 vel maximè Judicium illud Cæsareo-Provinciale, [ab initio, cum No-
 ribergæ celebraretur, Judicium Provinciale in Nürnberg à loco ita di-
 ctum, in literis Infeudationis Rudolphi I. de anno 1273. Eiusdemque
 aurea bulla de anno 1281. nec non in literis Infeudationis Alberti Imp.
 de anno 1300. postmodum vulgè Burggraviatus Noribergensis; re-
 ctius tamen hodie iterum à loco, quo celebrari solet, Judicium
 Cæsareo-Provinciale Onoldinum vocatum, cum & aliis judiciis
 v. g. Judicio Rotbuvilensi, Judicio quondam Cæsareo-Provinciale
 Hagenoënsi, Herbipolensi: imo, ante tragicas Gallicæ rabiei turbas,
 ipsi Camera Imperii locus denominationem dederit] vigore primæ
 foundationis & subsequatarum Imperatoriarum confirmationum in toto
 Imperio, præcipuè in quatuor Imperii circulis, Suevico, Franconico,
 Bavarico & Rhenano, tum in mediatè Imperio subjectos & vilioris
 conditionis homines, tum etiam in ipsos Status & illos, qui imme-
 diatè Imperio subsunt, jurisdictionem sibi hæctenus vindicare volue-
 rit: Attamen non tantum, postquam Camera Imperialis instituta fuit,
 hujus Judicii potestas valde imminuta est, Statusque & Civitates Im-
 periales, nec non libera Imperii Nobilitas, partim amicabilis trans-
 actionis alioque modo, partim etiam, & præcipue per privilegia
 hujus Tribunalis jurisdictioni se subtraxerunt; sed etiam in specie

exem

exemptionem & immunitatis prærogativam per gratiosissima Imperatorum privilegia *Henrici VII. an. 1313. Ludovici an. 1315. Caroli IV. anno 1355. Sigismundi anno 1428. & 1431. Friderici III. anno 1440.* veneranda nostra Patria promeruit. Lubentissime quidem largimur contra varias has exemptiones Serenissimos Marchiones Brandenburgenses apud Imperatores conquestos fuisse, primam judicii foundationem opposuisse, & privilegia desuper cum clausula cassatoriis à Sigismundo anno 1417. & à Friderico anno 1456. etiam contra civitatem Noricam aliasque civitates Franconie impetrasse sed cum hæc cassatio gravissimas excitaret turbas & bellum funestum tandem *transactio Harrensis de anno 1496.* cujus denominationem sub c. 4. demonstrabimus, *tit. Von Land: Gericht, §. Nemlich Daß der zc. remita composuit: Daß der Herr Marggraf Friederich seiner G. Erben und Nachkommen und der Land: Richter des Kaiserl. Land: Gerichts des Burggrafthums zu Nürnberg, der je zu Zeiten ist und seyn wird, mit demselben Land: Gericht von einiger Sache wegen über Leut und Gut nicht richten sollen in der Stadt Nürnberg, so weit die jeho mit der Stadt Mauer und Graben verfangen ist zc. de qua limitatione ex subseq. c. 4. plenius constabit. Interim huic transactioni, quæ juxta l. 20. C. de transact. rei judicata vim habet, omnem meritò deferimus auctoritatem. Justissima proinde 50. flor. multa eos, qui extra civitatem in casibus non exceptis (de quibus *Tit. 1. l. 1. R. N. §. Es wärz dann*) aliam convenerit, manet; quemadmodum & *Reformatio Francof. P. X. tit. 1. §. 9.* triginta thalerorum poenam ei, qui extra civitatem alterum in aliis judiciis convenit, dicitur.*

§. 17. Apud Romanos quondam usu obtinuit, ut non nisi *certis diebus* causæ in foro agerentur, in cæteris verò tris illa & trita Prætoris verba: *Do, Dico, Addico* silentur; unde div. *lio die-rum in festos*, quos & *Justitia ex Gell. l. 20. N. A. c. 1.* appellare posses, & *profestos*, sive *dies rerum agendarum*, uti *Sen. ep. 18.* illos indigitat, promanavit. Eundem planè in modum & nostri Dicasterii fores

non omni tempore patent, sed die Dominico & Sabbathi aliisque feriis divinis lites quiescunt, & quæ alia tempora *l. 3. tit. 6. Reform. Nor.* sine judiciorum strepitu observari jubet. Extra has ferias regulariter *singulis hebdomada diebus* Judex cæterique Assessores & Scabini conveniunt, cum hoc tamen discrimine: Lunæ, Mercurii & Veneris diebus, & horis quidem antemeridianis partes omnes publicè audiunt; unde *Dies publica audientia in genere* vocari solent. Dico *in genere*; Cum per dictos dies laudati Dnn. Assessores & Scabini in duos Senatus dispescantur, & ob id ad duas mensas divisi sedeant, Dicographo cuique mensæ assignato. Quoad has mensas sive Senatus, *Audientia in specie* sic dictæ alternant & variant, ita, ut audientia in specialiori & strictiori sensu penes illam mensam esse dicatur, ubi termini processuum observantur, v. g. Exceptiones, Replicæ &c. recipiuntur; In altera verò mensa, ubi hæc audientia illo die non est, cætera judicialia peraguntur, ut sunt receptiones libellorum, productiones inventariorum, constitutiones procuratorum &c. Non incongruè fortè quis hosce dies cum *diebus Sessionum* apud Romanos quibus Prætor pro tribunali sedebat atque jus dicebat, composuerit.

§. 18. Destinatum esse constat hisce publicis audientiis à tempore Paschatos usque ad festum Michaëlis

*aulam, tam justo spatio, quam divite cultu
conspicuum, totamque sua sibi mole patentem.
Nulla columnarum series interfecat, aut qua
libera præpediat spatia, aut testudinis alta
pondera sustineat; fulget laquearibus aureis
nuda superficies, fastigia summa relucet
auratis trabibus, convexique ultima testi
limina, subjectis multum est in partibus aurum.*

ut elegans Eob. Hessi metrum *inc. 15. Descript. Norib.* quæ habetur in *operibus Pirkheim. f. 156.* huc transferamus.

§. 19. Hæc

§. 19. Hæc aula sive Sala (neque enim hanc vocem antiquæ diplomata respuunt) Der Sal, commodam exspatiandi nobis materiam, nec inutilem fortè, subministrat: maxime cum in antiquissimis literis judicialibus à Sculteto & Scabinis Norib. promulgatis observare licuerit illas locutiones. Unde die Sal bringen, mit rechter Sal und Urtheil. Salbrief, bringen als Recht mit seinem Salteuten, bey Salmans: Treu, gesalen &c. Et quidem, quod hujus vocis sive Sale nomine, de cujus etymo Carol. du Fresne in Glossar. hoc verbo, citat Gerop. Bekan. l. 2. Franc. veniant domus ædesque quævis, per varia testimonia comprobat Carol du Fresne cit. loc. ubi tamen in simul ex Freber. in Not. ad Petr. de Anillo notavit: Palatium Ingelheimense ab incolis Salam dictum, Nobiliorumque domos in Vasconia Salas vocatas fuisse, quia vox Sal denotat spatiosum aliquod atrium sive conclave: Unde porro domus, judiciis expediendis destinatæ, Sala publica vocari cœperunt, atque ex mente variorum illi districtus, qui judiciis & legibus in Sala publica redditis & observatis obnoxii sunt, terræ Salicæ. Carol. du Fresne c. 1. Quin ergò vox Sal ipsum Judicium sive Curiam denotet in dubium vix vocari poterit. Hinc & in cantione Latino-Germanica Natalitia Petri Dresdensis, cujus initium: In dolci jubilo &c. illa verba: In Regis Curia, Interpres German. reddidit, im hohen Himmels: Sal. Has similesque cantiones Latino-Germanicas, ut hoc in transitu addamus, Petrum Dresdensem aliosque eum in finem composuisse nonnulli putant, ut in Ecclesiâ, hætenus latinis assuetâ hymnis (quos tamen Laici, linguæ istius ignari, non intellexerunt; unde, ne nihil agerent, actum illos agere, voluit Pontifex, hoc est, iterum iterumque repetitos preces ad globulorum è filo suspendentium numerum recitare jussit, de quo vid. insigne Seculi ornamentum Dn. à Seefendorf in Christen-Stat, P. III. c. 2. n. 3.) paulatim via ad Germanicos hymnos sterneretur; à qua sententia tamen alienus est eximius Polyhistor, Dn. Morhof. im Unterrichts von der Teutschen Sprach P. I. c. 7. p. 360. Sed ne longius abeamus:

Salbrieff itaque erunt literæ judiciales; mit Sal und Urthel idem erit, quod judicialiter, sive mit Recht und Urtheil: Salbrieff verò sive Salmanni (suadente ita literarum contextu) sunt homines in Sala sive judicio delecti, quibus Dominus prædia vel emtionibus vel alio titulo acquisita, sub certis conditionibus conservanda defendenda tradidit; Et *fides Salmanni* denotat bonam fidem quam defensor iste sive curator præstare debet, adeoque prædicta ista dicuntur *gesalet*, quæ hoc modo alterius fidei creduntur. *Libri* denique *consuales*, Aularum, Curiarum, & inde per extensionem etiam Nobilium, die *Salbücher*, huic voci denominationem suam acceptam ferunt, de quorum posteriorum fide tamen, & quod, non publica auctoritate sint conscripti, vel coram Notario, & tribus testibus subditis prælecti, à Nobili adversus subditos suos, ad inducendam plenam probationem, produci haud possint, vid. *Carpzov. I. Re. 61. 62. 63.*

§. 20. In viam igitur redeundo, per reliquum anni *tempus breve male*, in peculiari & medio ferme Curia Conclavi occasum versus atque

*regia Scotigenæ quod prospicit alta Sebaldi
columina,*

conveniunt. Huic *conclavi* contiguus est à manu dextra locus, quod cæteris septimana diebus, Martis & Jovis ante-, Mercurii verò per meridianis horis per omnem annum Assessores & Scabini cum Judicibus ut supra indicatum, confident, uni mensæ juncti, acta legentes, causas re- & correferendo cognoscentes, de iisque sententiam concipientes, quod German. vocatur: *Über den Händeln sitzen.*

§. 21. Latissimus nunc campus pateret in *Processum* hujus iudicii excurrendi. Verùm hæc ipsa ex fontibus ipsis dulcius haberi non possunt; quales sunt Ordinatio iudicii, quæ A. G. 1549. typis expressa, sub rubr. *Berneute und gepesserte Gerichts-Ordnung* atque *Ref. Nor.* de cujus denominatione jam antea §. 4. h. c. dictum

cui addantur Additionales, in quibus continentur posteriora Incluta Senatûs Decreta &c. Non pigebit tamen processum seqq. versiculis, superiorum licet temporum horridulam Poësin referentibus, ab incerto Auctore conclusum subjungere:

1. Der Richter den Verklagten stellt,
2. Die Klag wird ihm da vermeldt:
3. Bedenkzeit wird gegeben ihm,
daß er sich recht der Sach annim:
4. Darnach der Krieg durch Ja oder Nein
bevestiget wird, und hebt an einn.
5. Denn schwert man für gefehrd ein Uyd,
daß allent halben regiere Wahrheit.
6. So dann das Part thut laugnen was,
mit Zeugen muß beweisen das,
oder mit Brief und Siegel gut,
ein *Instrument* auch helfen thut.
7. Volgends eröffnet werden soll
der Zeugen Außsag allzumahl.
8. Und wird darnach bald *excipirt*,
gegen die Zeugnus *disputirt*,
auch gegen der Zeugen Persohn,
9. darnach volgt die *Conclusion*,
daß man zur Urthel thut ein Beschluß,
daranf der Richter sprechen muß.
10. Wem das Urthel nicht gefelt,
der *appellirt*, ehe man zehlt
zehnen Tag, oder mag es thun alsbald,
uffstehenden Fuß ungespahrt.
11. Verfließen zehen Tag ungeacht,
so gehet die Urthel in sein Macht.

12. Und wird die Sülß statlich gethan,
die sonst gesezet ist hindan.

Hos rythmos sequentibus Senariis conclusimus;

*Actor petit, Judex citat, deliberat
Reus; fatetur aut negat, jurant, probant,
ad publicata testium deducitur,
concluditur, submissalis deceditur.
Sententiam excipit vel appellatio,
lapso decendio vel executio.*

aut, si mavelis contractius, sub persona Rei:

*Citor, mihi lis nunciatur, consulo,
contestor & juro, probata publica
nego; sequitur sententiam appellatio:
Re judicata vexat executio.*

Quoniam plures actus judiciales, tum preparatorios, & Lit. contestationem antecedentes, tum medios à Lit. contestatione usque sententiam, tum etiam sententiam subsequentes, ex facili recensere possemus, si id hujus foret instituti.

§. 22. Quoniam verò ex variis, coram hoc nostro Judiciis ventilatis, Actis observavimus, modum procedendi per articulos, tum in causis civilibus, tum in causis precipue matrimonialibus, hæc observatum esse, & hodiernum observari; Ideo paucis ejusdem potius res actus, quibus alii concurrentes facile addi possunt, exhibere, non extra lineas erit. Primò igitur ex parte actoris, mediante oblatione ad præstationem juramenti dandorum, exhibetur libellus articulatus per modum positionum, adjuncta summam petitione, & inscribitur ut plurimum; Articuli res Mag. Libell. cum petitione &c. (

Reus, cum oblatione ad juramentum respondendorum, exceptiones suas dilatorias & peremptorias cum vel sine Litis contestatione secundum Ref. Nor. tit. 6. l. 2. articulatim proponit, atque responsiones ad positionales, quæ ut plurimum fiunt salvo jure impertinentium positionalium, quod sint vel negativi, vel alio modo irresponsales: Valgò Exceptionales vel Responsionales ad prætenso positionales, junctis defensionalibus, (3) Cum præstatione vel remissione juramenti dandorum & respondendorum, de quibus vid. Rosbach. in Proc. tit. 51. n. 21. & tit. 52. n. 17. Brunnem. in Proc. c. 17. n. 14. & 21. & quod etiam à judice remitti possint, Mev. p. 4. dec. 164. n. 10. & seq. ex parte actoris sequitur Specificatio positionalium, junctis Respons. ad prætenso defensionales cum petitione, & (4) ex parte Rei Specificatio defensionalium, inspersis elisivi: quamvis etiam hodie hæ Specificationes ut plurimum positionalibus & defensionalibus statim subjiciantur. Continent autem summam, quæ positiones & responsiones probatione indigeant, nec ne, vel quod sint negativæ, vel Juris, vel alio modo sic comparatæ, ut probatione non indigeant, es wird specificirt, wie actor einen und den andern articul, sine onere tamen superflui, zu beweisen begehre. Postmodum (5) si specificatio statim ab initio, & non cum responsionalibus facta sit, sequuntur Elisivi Actoris cum specificatione, & Reelisivi Rei, annexa eorundem specificatione, & quandoque (6) Reelisivorum elisivi cum specificatione, sive additionales, cum reiterata petitione, atque Additionalium horum Elisivi, qui à Reo exhibentur. His peractis, & specificationibus, salvo jure quocunque, salvisque interrogatoriis & exceptionibus contra dicta testium factis, (7) vel ab utroque litigantium, si probatio & reprobatio instituat, vel etiam ab eo solùm, contra quem probatio suscipitur, intra decendum Interrogatoria præliminaria & specialia (generalibus Dn. Judicis & Examinatoris, quem Auditorium vocant, officio commissis) offeruntur, ut testes in specificatione nominati, ad ea æquè ac ad positionales, exceptionales, elisivos &c. juratò examinentur. Quandoque tamen (8) proponuntur

exceptiones contra testes, eorundemque salvatio necessaria, quo in puncto tamen ulteriora producta non admittuntur, sed ab actis remouentur, insimulque super exceptionibus, testibus oppositis, pronuntiatur; interdum (9) ante depositionem testium adhuc *additionales* cum specificatione & denominatione aliorum testium, junctae saepius eorundem declaratione, offeruntur; quibus tamen is, contra quem probatio suscipitur, per suos elisivos cum specificatione contradicit. (10) *Testium examen* juxta directoriam peragitur, atque ad instantiam partium *publicatur*. (11) Publicatis attestationibus sequuntur *Disputationes Attestationum*, quæ stylo recepto vocantur *Die Confutation- und Conclusion: Schriften*, item, *Die gewöhnliche Nach: Schriften*, & continua serie absque articulis concipiuntur, duabus autem ab utraque parte positionibus absolvuntur cum legali tamen reservatione: Siquid novi &c. Quapropter si in ultima positione nova contineantur, (12) intra decendum admittuntur partes ad alias positiones, quæ vocatur *Neurungs: Anhang*. Tandemque (13) facta conclusionem *sententia* concipitur & publicatur, quam denique (14) excipit vel *appellatio*, de qua in sequenti vel *executio*.

§. 23. Ex his itaque sat abundè liquet, extra disputationem attestationum, si non omnes, potiores tamen Processus judiciales partes, in hoc Judicio per articulos & positiones peragi & expediri. Sed qui *jure Recessuum sublatus est modus procedendi per articulos libellos*, in R. I. de anno 1654. §. 34. & 37. Eipropter cum in hoc judicio illi maximè frequententur, non incongruè disquiritur: *An processus per libellos istos vitietur?* Non quidem nescimus, modum hunc per articulos & positiones procedendi propterea abrogatum esse, quod per simplicem narrationem æquè clarè, imò clariùs factum, quam per articulos possit proponi; contra verò per positiones processus impediatur, ac difficilior, nec non intricatior reddatur, dum Reus subinde excipit, positiones esse vagas, dubias, impertinentes, captiosas, facti alieni, irresponsales: actor verò pr

tendit responsiones articulatæ esse insufficientes, obscuras & nimis generales, ut interlocutoriæ sæpius requirantur sententiæ, adeoque hoc modo sumtuosior reddatur processus articulatus, quàm simplex: quod agnoverunt quoque Imperator & Status Imp. in R. I. de anno 1654. §. Diesem nächst nun 34. in verb. Sich befunden, wieviel Zeit, so wohl in puncto Libellorum, wie auch der Defensionala, Elisiv - Articuli und der Responsionum, uff dieselbe, als auch in puncto Exceptionum und sonst durch allerhand Tergiversationes, ohnöthige Repetitiones, und andere gesuchte Ab- und Umweg vergeblich zugebracht, die Sachen damit meistentheils ohne Noth viel Jahr lang aufgezoogen, die Acta sich dadurch sehr gehäuft, &c. Nihilominus tamen validum esse processum hunc non dubitamus asserere. Licet enim de J. C. hic modus procedendi planè sit incognitus, & à Glossa demum atque Doctoribus, post receptum in foris Jus Canonicum, introductus, suis non carens vitiis; quia tamen consuetudine est approbatus; ea verò, quæ semel maturo in Rep. judicio recepta sunt, non facile mutari debent, nisi vel in summum discrimen omnem Remp. ex leviuiculis nonnunquam mutationibus adducere velis: hinc præstat, inveteratum potius morem modumque retinere, & quod vitii eidem adhæret, corrigere, quàm periculosa mutatione in totum eradicare, ne productionis litiuro Scyllam evitaturis, à confusionis Charybdi periculum immineat. Vid. in sim. Lehmann. l. 5. Chr. Spir. c. 61. Neque etiam rationes desunt, ob quas nec hunc per articulos procedendi modum atro profus carbone notare decet. Unicam, eamque ex ultima Atheniensium antiquitate, producamus: Areopagitæ omnia illa, quibus causa inferior dicendo superior effici speratur, vel exaggerando negotium, vel misericordiam iudicis aut ipsius indignationem provocando, à curia sua relegarunt, quod nolent canonem & regulam justitiæ per artes dicendi obtorqueri (vid. pl. exasciata elegantie Orat. B. Dinneri, Jcti & Antecessoris olim in hac Universitate Clarissimi, de Areopag.) in hoc verò nostro per libellos procedendi modo per simplices &

planas responsiones, riteque subjectas elisiones, omnis dicendi fucus evanescit, tædiosa repetitio evitatur, tandemque processus citius sæpè expeditur, quàm alius, qui simplici emanationis genere peragitur, & in multos ut plurimum protrahitur anno.

§. 24. Laudatum Imperii Recessum novissimum, qui cit. §. *de processu in Camera* observando primariò agit, ex illo ipso Recessu explicamus: In eo namque §. *Es sollen auch, 137. cavetur*, da Chur Fürsten und Stände des Reichs bey Unter: Gerichten die Verordnung thun sollen, damit, so viel möglich, bey denenselben die Norma der Cammer: Gerichtlichen Processen observirt werde, jedoch mit diesem ausdrücklichen Vorbehalt, dafern bey solchen Judiciis, ein anderer Modus eingeführet, und bis daher beständig hergebracht worden, daß es auch dabey sein ohngeändertes Verbleiben haben soll, gleichwol aber was von Abschneidung der Productorum Weitläufigkeit obversehen, in acht genommen werde. Ex quibus verbis abundè constat, quod hunc procedendi modum, stylo Patriæ receptum non improbet Recessus. Nec posteriora verba huic articulandi modo obstant, ex eo, quod productionibus litium, per eundem provenientibus, provida Prudentissimi Senatûs cura variis decretis partim in ipsa Reformatione, v.g. t. 6. l. 1. & 2. ejusque additional. partim in renovata Judiciis Ordinatio. rubr. Die Advocaten und Procuratores betreffende, 2c. vers. *Es sollen auch, seqq.* sufficientem obviam iverit. Denique, quamvis *Reform. tit. 6. l. 2. §. 1.* cuilibet actori injungat, ut actionem in scriptis per articulos exhibeat, in §. *subseqq.* Reo, ut articulatim excipiat; subnectitur tamen in l. 2. §. *Es wäre dann 2c. limitatio in casu*, da die Sache geringlich schätzig oder der Art, daß die summarie und schleunig gehandelt, und mit der Kürz in das Gerichts: Buch eingeschrieben werden möchte. Quinimò, post cit. *Imp. Rec. non amplius necessitas, sed liberi potius arbitrii esse censemus*, utrum quis hunc, verò simplicem procedendi modum eligere velit. Sicut & in c.

sis matrimonialibus, in quibus alioquin libellus articulatus frequentior est, continua serie conceptum libellum, sine omni exceptione admissum esse recordamur.

§. 25. Quin denique ab hoc Judicio ad superius Appellatio-
num Tribunal, veletiam, si summa & causa appellabilis sit, ad Su-
prema Imperii Tribunalia provocari possit, non est, quod dubitemus. *Conf. sup. §. 16. b. cap. & §. ult. cap. seq.*

CAP. III.

De Judicio inferiore, sive Unter-Gericht.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| §. 1. <i>Judicium Inferius, ejusque syno-
nymia.</i> | §. 5. <i>Jurati, ut Fronbotten, unde
dicantur.</i> |
| §. 2. <i>Homonymia.</i> | §. 6. <i>Personae, quae hodie hoc judici-
um constituent?</i> |
| §. 3. <i>In quibus conveniat cum Judicio
Civitatis.</i> | §. 7. 8. & 9. <i>Cause, quae hic tractentur,
item: Processus hujus judicii.</i> |
| §. 4. <i>Quae personae olim hoc judicium
constituerint. Nunci jurati cum ju-
dicibus pedaneis comparati.</i> | §. 10. <i>Tempus & Locus hujus judicii.</i> |
| | §. 11. <i>An inde appellari possit.</i> |

§. I.

Alteram nunc ordine judicium subalternum sequitur, quod Ju-
dicium Inferius, Germ. das Unter-Gericht oder das Fronbot-
ten-Gericht eapropter, quod nuncii jurati, quos Fronbotten verna-
cula dicimus, olim huic judicio interfuerint, vocatur, deque eo
agitur *tit. 1. l. 2. Ref Nor.* Ab objecto etiam Judicium minorum cau-
sarum dicitur à *Wurfbain. de J. C. & Ref Nor. different. cl. 2. §. 7.*

§. 2. *Ad Homonymiam spectat, quod in tit. 10. l. 5. R. N. etiam
mentio fiat alius Judicii Inferioris, sub verbo des Unter-Gerichts,
sed illic, dubio procul, omnia judicia, à quibus appellatur, & ad
Superiorem provocatur, sicque etiam das Stadt-Gericht, Unter-
Gericht*

Gericht in specie, **Land- und Bauren-Gericht** &c. eo nomine veniunt. Unde & **judicium appellationis**, de quo in *leqq. tit. 10. l. 1.* **Das Ober-Gericht** audit, *cujus intuitu cætera Judicia inferiora haud immeritò dici queunt.*

§. 3. Quamvis verò hoc **judicium** *ratione originis, Judicis, temporis quoque*, quo celebratur, & *modi procedendi* cum haftenus explicato **Judicio Urbano**, in omnibus ferè, conveniat, ut ob id breviores *lineas* in deumbrando hoc **Judicio** ducere possimus, in aliquibus tamen etiam *ab eod. differre*, ex sequentibus constabit.

§. 4. Olim **Judicium** hoc præter *Judicem*, qui non alius est ab eo, qui **Dicasterio** primario præest, & *Scabinum*, itidem unum dicti **Judicii**, tres alii, foro huic soli addicti **Scabini**, totidemque, vel quatuor **nuncii jurati** constituebant. **Nuncios juratos** quando **nomino**, majorem in modum placet *B. Dn. Atavi*, denominatio, quando in sæpius *cit. Ep. c. 23. in f.* eosdem vocat **Judices pedaneos**; ita enim *d. l. Causas usque ad quinque aureos audiunt judices pedanei, id est, nuncii jurati, quorum quatuor sunt.* Ubi commodè in mentem veniunt, quæ **Dn. PRÆSES**, ad *tit. D de Judic. calamo excipi jussit, quod, cum Diocletianus & Maximianus in l. 2. C. de pedan. judic. constituerint, ut ipsi Magistratus de omni controversia judicarent, neque amplius judicem darent, præterquam, si occupationibus publicis aut causarum multitudine impedirentur; illud postmodum Julianus in l. ult. d. t. applicuerit ad negotia humiliora, quod & in his Magistratus judices pedaneos constituere possint. Per negotia autem humiliora Donell. l. 17. Comment. intelligit causas pecuniarias &c. uadeò non inconueniens, hoc in puncto analogia inter judices pedaneos atque **Nuncios juratos** quæri possit, cum utrique in modicis sive minoribus tantùm causis notionem habuerint.*

§. 5. Hi **nuncii** verò dicuntur *jurati*, ob **juramentum**, quo huic **judicio** obstricti sunt: hinc Germanicè etiam vocantur **Di Fronbotten**, à **Fron**, quod quidem *Besold.* idem esse existimat ac *publicum* sive *commune*, ut; **Fron-Best, gemeins Best; Fron-**

bott, publicus nuncius; **Fronleichnam**, corpus Servatoris sacrosanctum, quod pro omnibus est datum, in *Colleg. Polit. cl. I. disp. 10. tb. 3.* Alii verò idem denotare asserunt ac *sacrum, sanctum sive inviolabile*, ut **Fronbott** dicatur quasi *sacer nuncius*, eo modo, quo leges, legati, muri, portæ &c. sanctitatis encomio mactantur, vid. §. 10. 7. *de R. D. ibique Comment.* Hanc autem inviolabilitatem nuncii à mittente, quem referunt, habent: Unde nuncios publicos violare contra jus Gentium est, *arg. l. f. D. de legat & nuncium* offendens, ipsum mittentem offendere censetur. Conf. omnino *Ord. Cam. P. I. tit. 49. §. 3. & laudat. Dn. Lauterb. de Nunc. c. 10. tb. 68.* nec non, *Mager. de Advocat. armat. c. 15. n. 105. seq.*

§. 6. Hodie hoc Judicium per *Dn. Judicem Judicii Civitatis duos Dnn. Consiliarios Assessores, & sex proprios Dnn. Scabinos Patricios* ordinariè ita constituitur, ut Assessores consulendo, hi decidendo muneribus suis fungantur, atque adjunctum habeant *Dico-graphum, einen Gerichts-Schreiber, & nuntios.*

§. 7. Quæ verò *causæ* in hoc judicio ventilentur, ex *tit. 1. l. 2. R. N.* in sole apricatur, scilicet *modicæ sive minoris momenti, sex florenorum* pretium non superantes, quæ tamen summa, ad sublevanda, ceu credimus, Judicii primarii onera, postmodum anno 1618. d. 9. April *ad XX.* inde d. 22. April anno 1625. *ad XL.* porro sequentis anni d. 9. Maij *ad L.* florenos aucta, usque dum anno 1630. d. 31. Martij *ad 100.* fl. jurisdictionis hujus termini sunt promoti. Vid. *Wurfbain. de differ. Jur. Civ. & Ref. Nor in addit. ad n. 136.* Quod augmentum, si juveni hariolari licet, occasionem fortè dedit surrogandi nunciis juratis Patricii sanguinis Viros.

§. 8. *Modum procedendi* in hoc judicio innuit *Reform. Noric. c. l. 2. in f.* ubi cavetur, daß vor dem verordnet: n **Fronbotten** **Gericht** summarie und schleunig procedirt, und verholffen werden soll; unde liquet, in hoc judicio, quod causas summarie tractat raris, vel nunquam, articulatam occurrere procedendi modum, sicut etiam refert *Wurfbain c. l.* Sed occasione hujus Judicii illud quæsi-

tum legimus: *Si sententia v. g. in 102. feratur, an illa in totum, verò quoad superfluum vitietur? Gl. in l. 2. C. de Re jud. à qua non a-*
nus est Job. Andreas in addit. ad Specul. tit. de sent. vers. ei enim &
posterius defendunt per l. 1. §. si stipul 4. D. de V. O. & arg. l. sancin
34. C. de Donat. Aliatamen Glossa contrarium tenet in l. f. D.
Jurisdic. quam sequitur Bart. & communis Dd. Schola; nec
sine ratione, cum judicium & sententia judicium sit res in-
vidua, per l. in hoc judic. 27. D. Fam. bercisc. Leges verò ab And.
in contrarium adductæ loquuntur de iis negotiis, quæ separat-
nem non respuunt, qualia sunt Contractus, &, quæ ad hos pro-
mè accedunt, v. g. donatio; Aliud verò est in sententia, quæ
natura est individua, hasque ob causas sententiam in hoc judi-
super majori causâ latam nullam esse docet Wurfhain. c. l.

§. 9. Dubium quoque olim erat, utrum & eæ causæ, quæ
*v. g. quis famulo alterius auctor fuit, ne Domina suo servitia am-
 exhiberet, sed sibi potius famularetur, ad hoc judicium spectarent.*
 Ratio dubitandi erat, quod multa ob id inflata 12. fl. erat, juris-
 ctio verò nostri Judicii tunc temporis ultra 10. fl. non extendebat.
 Cum igitur in tali dubitatione multa pars Doctorum se divisiss-
 prudentissimus Senatus, tanquam authenticus legum suar-
 Interpres, sancivit, cum in dicto casu non principaliter de mul-
 agatur, sed, utrum famulus justas denegandarum operarum c-
 fas habuerit, omninò fundatam esse hujus judicii jurisdictione.
 Quin & rusticorum causæ hic deciduntur, modò obligationes
 jus ad rem, & inde promanantes conditiones, non verò ipsa p-
 dia, utpote quæ peculiare forum sortiuntur, concernant, nec
 gitimam summam, de qua supra §. 7. cap. hujus, excedant, quo
 casu Judicium etiam primarium cognoscit. De illa controversia
An, si v. g. 100. ratione sortis & 5. ratione usurarum debeantur, nostri
Judicium inferius cognoscere possit? in cathedra dispiciamus.

§. 10. Convenit cæteroquin, ceu jam innuimus, ratione *temporis*, quo fores hujus judicii patent, exceptis pomeridianis horis diei Mercurii quibus cessat, cum Dicasterio Civitatis, cujus *loco hyberno*, de quo circa *pr. §. 20. prac. cap.* à dextrolatere contiguum est.

§. 11. Domitianæ quæstionis indolem redoleret, si operosè hîc disquireremus: *An ab hoc Judicio ad Cameram possit provocari?* cum hujus judicii jurisdictio solùm ad centum flor. ascendat, & ex generali Legum Imperii constitutione, in rebus infra 400. *thal.* æstimated hodie non liceat appellare. *v. R. J. nov. ff. de anno 1654. §. Viert. nß soll 112.* Antea quidem per *Rec. Deput. de anno 1600. §. Wiewohl nun 14.* suprema Imperii Tribunalia nullam appellationem receperunt, ubi summa 300. fl. non excessit; licet olim per *O. C. P. II. t. 28. §. 4.* 50. fl. sortis summa appellabilis fuerit. Sed, inter has ipsas universales Constitutiones, speciale Caroli V. Noriberg. civitati anno 1520. indultum fuit privilegium, vigore cujus non nisi à summa 600. fl. ad extraneum forum appellari potuit. Austâ verò appellationis summâ per Imperii sanctiones ad quantitatem 600. fl. privilegio Augustissimi nostri LEOPOLDI, cui DEUS æternùm bene faxit, summa quoque 600. fl. privilegii loco constituta, ad quantitatem 900. *florenorum* sortis sive Capitalis elementissimè extensa fuit, ut benè observavit *Gastel. de Stat. publ. Europ. c. 32. n. 91. vers. Caterum &c.* ut adeo in propatulo sit, appellationes hinc ad suprema Imperii tribunalia non habere locum. *Poterit tamen gravatus ad Superius, quod Noribergæ viget, tribunal, sive Appellationis Judicium, observatis iis, quæ circa Appellationis Judicium c. 8. dicturi sumus, provocare, ibidem gravamina sua exponere, & prioris sententiæ vel reformationem vel confirmationem expectare.*

CAPUT IV.

De Judicio Provinciali, Land = und
Bauren = Gericht.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| §. 1. <i>Judicii Provincialis Synonymia.</i> | <i>cum Relatione Historicâ stabilita.</i> |
| §. 2. <i>Personæ.</i> | §. 8. <i>Et mult. seqq. objectiones cum respons. ad easd. ratione dictæ concurrentiæ.</i> |
| §. 3. <i>Causæ.</i> | |
| §. 4. <i>Et seqq. Concurrentia causarum realium ratione prædiorum, quæ subditi Norib. habent, cum Judicio Cesareo- Provinc. Onoldino,</i> | §. 23. <i>Locus Et Tempus bujus Judicii.</i> |
| | §. 24. <i>Processus.</i> |
| | §. 25. <i>Appellatio.</i> |

§. I.

Judicium Inferius in Reform. Norica excipit *Provinciale*, vulgo *Das Land = und Bauren Gericht*, quod & *Arvale* appellari potest. Ansam huic posteriori denominationi suppeditavit *Contra Celtes*, quando c. 13. de Orig. sit. Et morib. Norib. scribit: *Esse Et Noribergæ Prætorem arvalem, qui rusticis jus dicat, urbi Et Civibus subjectis; Cui ista Pighii in Hercule Prodicio prorsus sunt consona Est (Noribergæ) Prætor suburbanus, qui Rusticis ac paganis Reip. subjectis jus dicit.*

§. 2. *Judicium hoc constat ex personis vel aliis Dicasteriis jam communibus, vel huic soli propriis. Primò enim, proximi ab Illustr. Septem-Virali Collegio, quatuor Dnn. COSS. plerumque hoc Judicium nobilitant, quorum bini per sex menses æstivos, bini per sex menses hybernos eidem præsentent. Illi die Sommer Herrn hi die Winter-Herrn audiunt. Dein ex Dicasterio urbano sive Civitatis Judicem, quatuor Assessores Consiliarios, duos Scabinos atque duos Actuarios; porro ex Inferiori Judicio sex Scabinos adjunctos habe*

habet; quibus denique *sex peculiare* hujus judicii *Scabini* accensentur, hocque judicium constituunt. Circa hoc forum non possum non denuò adducere *B. Dn. Atavi* verba, *in cit. Ep. c. 24.* *Huic judicio cooptantur cives honesti, etiam majoris Consilii, quamprimum uxores ducunt, absque numero prefinito* (quod tamen hodie mutatum, dum certus Scabinorum numerus determinatus, prout jam dictum) *Cupit enim Senatus filios suos exerceri in hac schola seu palestra, unde postea egrediuntur Scabini & Senatores: ibi discunt terminos & praxin, & spelucelli indolem ostentant.* Unde memini *Magnif Dn. Hammerum, Patronum & Praeceptorem perpetim honorandum,* recensere, quod Magni quondam nominis, imò gloriæ etiamnum post fata virentis Senator *Judicia futurorum Senatorum Academias* vocare amaverit: & non nemo *Judicium inferius,* de quo cap. anteced. *Scholam prudentissimorum C O S S.* dicitaverit.

§. 3. *Causa,* quæ in hoc Judicium deducuntur, recensentur in *Reform. Nor. tit. 1. l. 3.* atque sunt: *Alle und jede Rechtliche Sachen, so eines Raths und gemeiner Stadt, auch derselben Burger, Unterthanen, Hinderseßen, Erbleut und Verwandten auf dem Land und derselben Haab und Güter belangen, die sollen auf vorgehend Ersuchen der Aigen-Herrn, hier vor dem geordneten Bauru Gericht fürgenommen und verrechtet werden,* scilicet omnes, quæ concernunt *Incluti Senatus & Civitatis subditos, emphytevtas & alios, sive prædia Rusticorum Civitatis & Civibus subjectorum:* Sed probè hic observandum, nos *prædia Rusticorum* non in stricto illo, quamvis satis famoso, significato *J. C.* capere, quando illa *Dd.* maximè circa servitutum materiam, definiunt, quæ fructuum colligendorum gratiâ & rei rusticæ præcipuè causâ constituuntur; sed in paulo laxiore sensu, pro omnibus iis, quæ rustici extra urbem, sive in villis, sive ruri possident. Nec porro interest, causæ istæ sive *reales* sive *personales* fuerint, nisi quod *ratione personalium* vel Judicium inferius vel etiam *Prætorium Urb.* pro quantitate causæ in Judicium deductæ; *ratione Realium* vero Judicium

Cæsareo - Provinciale Onoldinum ex *Transactione Harrensi* inter *Seren. Marchionem Brandenburg Fridericum & Civitatem Noriberg* an. 1496. inita; concurrentem jurisdictionem, sicque, si actio realis ibidem prius instituatur, *preventionem* habeat. Ipsa *Transactionis* verba subjicere placeat, quæ sic se habent: Was aber die Stadt Nürnberg, ihre Bürger und Einwohner außerhalb der Stadt Nürnberg, wie die mit der Stadt-Mauer und Gräben jetzt umfungen ist, im Land: Gericht ligend haben, zc. auch um solcher Güter Entwehrung oder Eintrüg der Possess, und so in Kraft erblicher Gerechtigkeit, um erblich Anfall geklagwürde, mögen mein Gn. Herr der Marggraf und S. G. Erbten und Nachkommen, und ihre Land: Richter mit dem gemeldten Kaiserlichen Land: Gericht richten und vollfahren. Doch ob ainig Gut vor zweyen oder mehr Land: Richter fürgenommen würde, daß dann den Armen oder Inhaber desselben Gut die Hülff des Rechts vorbehalten seyn soll. Aber sonst um persöhnlich Spruch soll ihr Genad, und die Land: Richter vermeldtes Land: Gericht nicht richten. Vid. *Cop.* etl. *Briefl. Urkunden in angestellten Revision: Sache Nürnberg. contra Brandenb. die Fraisl. Obrigkeit* betreffen zc. f. 103 b.

§. 4. Ante laudatam *Transactionem*, & quoad personale & quoad reales actiones, Norib. cives & subditi, uti coram *Sculteto & Scabinis Civit. Noricæ* conveniri poterant, ita ab omnibus prorsus *Judicibus & nominatim Judicibus Cæsareo - Provincialibus* (quos sequiora tempora cum apposito quidem *Burggraviato Norici* indigitarunt, cum in literis investituræ *Judicium in Nürnberg*, à loco scilicet, ubi tum celebrabatur, dictum fuerit, adeoque rectius hodie *Onoldinum* audit, ut jam supra c. 1. §. 16. innuimus) gratiosissimis *Friderici II. Caroli IV. Wenzeslai, aliorumque Imperatorum privilegiis* exempti, atque contra universalem istius *Judicii jurisdictionem*, quam in *Noribergenses* æquè ac alios *Imperii* Proce

res & Cives sibi afferere voluit, satis superque muniti fuerunt, ut vel ipse tenor privilegiorum monstrat, ac *Privilegium Exemptionis Sigismundi de anno 1431.* sequentibus comprobatur verbis: Wir gebieten vestiglich bey unsern und des Reichs: Hulden, allen und jeglichen Fürsten, Geistlichen und Werntlichen (i. e. secularibus) Grafen, Freyen, Herren, Landrichtern, Richtern, Urtheilern, Amtleuten, und allen andern unsern und des Reichs Getreuen und Unterthanen, und mit Namen allen und jedlichen gegenwärtigen und künftigen Land: Richtern und Urthailern des vorgeannten Land: Gerichts des Burggrafthums zu Nürnberg, daß sie obgenannten unsere Bürger zu Nürnberg, ihre Hübner, ihre Leut noch ihr Gut vor ihm nicht lassen verklagen, und auch nicht Urtheil über sie sprechen, sondern alle ihre Kläger weisen an genannten ihren Schulthaisen, Recht vor ihm nach der Schöpffen Urtheil daselbst zu thun und zu nehmen um werntliche Sachen und Spruch, welcherley die seyn, keine ausgenommen. *Cit. Copia Brieffl. Urkunden, fol. 102.*

§. 5. Sed his æquè ac aliis cæterorum Statuum privilegiis Serenissimi Marchiones se opposuerunt, primam hujus Judicii fundationem, & privilegia, postmodum desuper cum clausulis cassatoriis & derogatoriis, præcipuè à Friderico III. anno 1456. obtenta, prætendentes; illis tamen, cum de iisdem Civitates Suevicæ pariter ac Franconicæ gravissimè apud Frider. Imper. dicto an. 1456. conquestæ essent, per constitutos Commissarios Cæsareos, Henricum de Pappenheim, & Waltherum de Stirnheim, post penitionem causæ cognitionem in tantum derogatum fuit, ut non nisi in puncto denegatæ intra certum tempus justitiæ locum haberent, testibus incorruptæ veritatis Relationibus Historicis. Ex hisce dissidiis gravissimæ atque exitiales controversiæ, ratione hujus exemptionis, aliorumque jurium inter Seren. Marchiones & Civita-

tem Norib. intercedere, tandemque in funestales luctuosasque belli flammis erumpere cœperunt, quas Seren. Saxonix Dux Albertus A. C. S. 1496. per Dietericum de Harras, Equitem (unde etiamnum transactio Harrasensis sive Harrensia audit) componere studuit; In hujus igitur Serenissimi Mediatoris honorem, & ob pacis studium concordixque amorem, tum in incrementum judicii Cæsareo-Provincialis Onoldini, propter institutum Supremum Cameræ Tribunal sensim neglecti, cum de illius prærogativa S. P. Q. Norib. multum participet, utpote qui in illo duo, si que totidem, quot utraque Seren. Domus Brandenburgica Culmbac. & Onoldina, vota decisiva, secundum scil. & quartum habet, Civitas memoratam Transactionem iniit, vigore cujus Incl. Senatui *omnis cognitio & decisio causarum über Leib und Gut, in Civitate* relata, & Judicio Cæsareo-Provinciali, secundum ea, quæ supra c. 2. §. 16. tradidimus prorsus ademta; *Extra civitatem* verò distinctio jam adducta probata est.

§. 6. Quod verò allegata Transactionis verba *non privative aut abdicative* intelligenda sint, quasi quoad actiones reales in prædiis extra Civitatis muros omni jurisdictioni Civitas Norib. renunciaverit; sed *cumulative*, sive ut concurrentem quoad istas actiones, & laudatum Judicium Cæsareo-Provinciale Onoldinum, & Civitas jurisdictionem habeat, atque ita præventioni locus sit, id eo liquet, quod omnes transactiones sint stricti juris, l. 9. §. 1. D. de *Transact.* & ad non expressa aut non cogitata neutiquam extendendæ, l. 12. D. eod. *Mev. P. VI. dec. 149. n. 3. & 4.* adeoque interpretandæ, ut quam minime jus partium lædant. Jam verò nimium quantum læderetur Civitas Norica, si omnibus juribus suis in dictis actionibus realibus uno quasi impetu renunciasset, cum antea planè & plenè fuerit exempta; Quas exemptiones (hæ enim ex antea tradidit iterum iterumque sedulo sunt supponendæ & curatè pensitandæ) multo labore acquisitas, studioque sollicito custoditas, tam leviter jactas

maximè

maximè cum, quod ad vim hostilem attinet, pari utraque pars & clade & victoria discesserit, nemo facilè præsumferit. Accedit, quod in dubio jurisdictio cumulativè concessa & concurrens præsumatur. *Pacian de Probat. l. 2. c. 43. n. 46. ibique alleg. Dec. consil. 13. n. 3. Coler, de Processu execut. P. III. c. 1. n. 148. seq. ubi plures hanc in rem adducit Dd. Mev. P. I. dec. 44. n. ult. atque Leupold. de concurr. jurisdict. in Imp. Rom. German. q. 1. per tot. in qua ex rationibus multis firmiter infert: Principem aliumque Statum regulariter nec posse nec voluisse subditos suos aliena jurisdictioni planè mancipare; & in generali concessione non venire ea, qua quis in specie non esset facilè concessurus.* Hacque in re jurisdictio multum participat de servitute, dum Dominus, cui competit jurisdictio, patitur alterum in suo districtu exercere jurisdictionem; sicut ergò concessæ servitutis impositio pro fundo serviente faciendæ est, ita quoque jurisdictio non nisi cumulativè, ut concurrens sit, concessa esse videtur. *Leupold. c. 1. Conf. Menoch. l. 2. præsumt. 18. n. 1. & seq. it. n. 26. ubi in dubio cumulativam concessionem factam esse censet.*

§. 7. Hæcque omnia ipsa Transactionis verba, si penitus inspiciantur, innuere videntur, dum *conditionaliter* loquuntur, ut scilicet tum demum Judicium illud Cæsareo-Provinciale Onoldinum judicare possit, si actio realis ibidem instituat. Ergò, si ista actio alibi coram competente judice fuerit instituta, ob præventionem in isto judicio causa tractanda, neque advocanda erit. Ad hæc in sæpius dicta Transactione ipsissima *concurrentis jurisdictionis* mentio fit, quod ad vindicationes, aliasque actiones reales ratione prædiorum rusticorum, atinet. Ita enim ibidem; *Doch ob einig Land: Sue vor zweyen oder mehr Land: Richtern fürgenommen wird &c.* Ne dicamus, studiosè tamen dicendum, & præ cæteris notandum, quod Judicium Cæsareo Provinciale Onoldinum in aliis etiam *territoriis* non nisi *concurrentem* habeat jurisdictionem. Possimus & *Celtis*, qui circa tempora initæ Transactionum floruit, verba generalia,

ralia, superius jam adducta denuò opponere, c. 13. de Norib. Est, inquit, *Prætor arvalis, qui rusticis jus dicit urbi ac civibus subjectis.* Illud denique coronidis loco subjiciendum, quod & ante, & post illam Transactionem in Judicio nostro provinciali Norimb. causæ reales circa prædia extra muros fuerint decisæ, tot præjudiciis illud attestantibus. Alia lubentes silentio præterimus.

§. 8. Non desunt tamen, qui adducta Transactionis verba *abdicativè* capiunt, & sic non tantum concurrentiam jurisdictionis & prævenientiam fori nostro Judicio Provinciali Norimbergen. denegent, sed insuper omnimodam jurisdictionem ratione causarum & actionum *realium extra Urbem* Serenissimis Marchionibus asserant.

§. 9. Princeps & palmarium eorum argumentum est, quod *Judicium Casareo-Provinciale* *Onoldinum* pertineat ad *Burggraviatum*, & *vi Burggraviatus* competat. Cum verò *Burggraviatus*, eisdem diffidentium hypothese, ad urbis usque portas se extendat, sequitur eò usque etiam terminos celebrati illius Judicii pertingere. Sed huic asserto & origo hujus Judicii *Casareo Provincialis*, (ut à fontibus repetamus) & *ipsa Investitura litera* de *Burggraviatu* & de hoc judicio, obloquuntur. Quod enim *natales Judicii Casareo Provincialis* concernit, tenendum, *Noribergæ* olim, præter *Burggraviatum* viguisse etiam *Castellanos* sive *Vicarios Imperii*, qui in variis incorruptis diplomatis, etiam *des Reichs: Vicarier und Amt Leut* *Amt: Leut auf der Reichs: Burg, des Reichs Pfleger auf der Burg, &c.* appellantur. Hi uti *arcem Imperialem*, hodiernum *Noribergæ* conspicuam, ipsique celo, sive ad ejus vetustatem & gloriam, sive ad inhabitantium illam merita attendas, vicinam tenuerunt ita & jura arci Imperiali & Vicariatus adherenti obtinuerunt atque exercebant. *Ecquis enim hanc arcem, Vicariorum Castellum, quod Fredericus I. Imper. in constitut. de incend. & pacis violat.* (quæ plerumque

que in vulgatis Corporis J. Civ. editionibus circa finem comparet. *Castrum suum: Urbanus, Pontif. VI. multum solenne Imperiale vocat, & de cujus porta una ex tribus custodienda, Burggravii investiti sunt, absque jurisdictione fuisse crediderit?*

§. 10. Habuerunt igitur illi *Vicarii*, quorum dignitas & officium personale & ambulatorium tantum fuit, nec ad heredes transibat, præter plura alia Regalia, v. g. Jus Monetæ, Foresti, Mellificidii, etiam exercitium hujus judicii Cæsareo-Provincialis. Illud enim primitus Noribergæ fuisse celebratum, jam antea circa ejusdem denominationem demonstravimus, & ipsi dissentientes non dissententur: unde etiam speciali Frider. III. Imperat. Alberto, Marchioni Brandenburgico, indulto privilegio opus fuit, ut aliò extra Noribergam loco celebrari potuerit. At enim, quemadmodum decedente Imperatore vel Rege Romano arcem, ita & eidem annexa jura Imperii Vicarii Civibus Norimbergensibus tradere tenebantur. Ita enim *Henr. VII. privilegium anno 1313.* (quod anno 1366. Otto Elector Brandenb. confirmavit) habet: *Castrum & turris in medio ejus sita à Civitate Nüremb. in tantum alienari non debent, quin Castellanus & possessor eorum ipsis civibus cautionem faciat, quod decedente Imperatore vel Rege Romano ipsum castrum & turris prædicta ad gubernandum ea (ergò arx illa Imperialis gubernationem, imperium & jura habuit) usque ad futuri Regis gubernationem devolvatur ad eos.* Vid. cit. *Cop. Brieff. Urkunden, f. 94. 95. 96. & 97.*

§. 11. Unde recenseri meretur controversia, quæ post medium Seculi XIV. inter Seren. Burggravios & Civitatem ratione dicti castri Imperialis intercessit, quam Electores Imperii tandem eum in modum, uti habent verba der *Churfürsten Ausspruch* anno 1362. composuerunt. Item, auch klagt der *Buragraf unter andern Klagen: Er wäre des Reichs Burggrafe, und hieß*

ralia, superius jam adducta denuò opponere, c. 13. de Norib. Est, inquit, *Prætor arvalis, qui rusticis jus dicit urbi ac civibus subiectis*. Illud denique coronidis loco subjiciendum, quod & ante, & post illam Transactionem in Judicio nostro provinciali Norimb. causæ reales circa prædia extra muros fuerint decisæ, tot præjudiciis illud attestantibus. Alia lubentes silentio præterimus.

§. 8. Non desunt tamen, qui adducta Transactionis verba *abdicativè* capiunt, & sic non tantum concurrentiam jurisdictioni & prævenientiam fori nostro Judicio Provinciali Norimbergen denegent, sed insuper omnimodam jurisdictionem ratione causarum & actionum *realium extra Urbem Serenissimis Marchionibus* afferant.

§. 9. Princeps & palmarium eorum argumentum est, quo *Judicium Casareo-Provinciale* *quondam* pertineat ad *Burggraviatum*, & *vi Burggraviatus* competat. Cum verò *Burggraviatus*, eisdem hypothese, ad urbis usque portas se extendat, sequitur eò usque etiam terminos celebrati illius Judicii pertingere. Sed huic asserto & origo hujus Judicii *Casareo Provincialis*, (ut à fontibus repetamus) & *ipse Investitura litera* de *Burggraviatu* & de hoc judicio, obloquuntur. Quod enim *natales Judicii Casareo Provincialis* concernit, tenendum, *Noribergæ* olim, præter *Burggravios* viguisse etiam *Castellanos sive Vicarios Imperii*, qui in variis incorruptis diplomatibus, etiam *des Reichs: Vicarier und Amt Leut* *Amt: Leut auf der Reichs: Burg, des Reichs Pfleger auf der Burg,* &c. appellantur. Hi uti *arcem Imperialem*, hodiernum *Noribergæ* conspicuam, ipsique coelo, sive ad ejus vetustatem & gloriam, sive ad inhabitantium illam merita attendas, vicinam tenuerunt ita & jura arci *Imperiali* & *Vicariatus* adherenti obtinuerunt atque executi. *Ecquis enim hanc arcem, Vicariorum Castellum, quod Fridericus I. Imper. in constitut. de incend. & pacis violat.* (quæ plerum

que in vulgatis Corporis J. Civ. editionibus circa finem comparet. *Castrum suum: Urbanus, Pontif. VI. multum solenne Imperiale vocat, & de cujus porta una ex tribus custodienda, Burggravii investiti sunt, absque jurisdictione fuisse crediderit?*

§. 10. Habuerunt igitur illi *Vicarii*, quorum dignitas & officium personale & ambulatorium tantum fuit, nec ad heredes transibat, præter plura alia Regalia, v. g. Jus Monetæ, Foresti, Mellificidii, etiam exercitium hujus judicii Cæsareo-Provincialis. Illud enim primitus Noribergæ fuisse celebratum, jam antea circa eisdem denominationem demonstravimus, & ipsi dissentientes non dissententur: unde etiam speciali Frider. III. Imperat. Alberto, Marchioni Brandenburgico, indulto privilegiô opus fuit, ut aliô extra Noribergam loco celebrari potuerit. Atenim, quemadmodum decedente Imperatore vel Rege Romano arcem, ita & eidem annexa jura Imperii Vicarii Civibus Norimbergensibus tradere tenebantur. Ita enim *Henr. VII. privilegium anno 1313.* (quod anno 1366. Otto Elector Brandenb. confirmavit) habet: *Castrum & turris in medio ejus sita à Civitate Nüremb. in tantum alienari non debent, quin Castellanus & possessor eorum ipsis civibus cautionem faciat, quod decedente Imperatore vel Rege Romano ipsum castrum & turris prædicta ad gubernandum ea (ergò arx illa Imperialis gubernationem, imperium & jura habuit) usque ad futuri Regis gubernationem devolvatur ad eos.* Vid. cit. Cop. Briefl. Urkunden, f. 94. 95. 96. & 97.

§. 11. Unde recenseri meretur controversia, quæ post medium Seculi XIV. inter Seren. Burggravios & Civitatem ratione dicti castri Imperialis intercessit, quam Electores Imperii tandem eum in modum, uti habent verba der Churfürsten Ausspruch anno 1362. composuerunt. Item, auch klagt der Burgraf unter andern Klagen: Er wäre des Reichs Burggrafe, und hieß

hieß davon ein Burggraf von Nürnberg, daß er des Reichs Burg ob Nürnberg sollte einnehmen, wann ein Kaiser abgieng (Ergò antè Imperatorum obitum alius, quàm Burggravius illam arcem omnino tenuit) und solt der pflegen, und auch inne haben biß an ein fünfftiges Reich. Das verantworten die Burge also: Die Burg (scilicet Imperii) und die Stadt zu Nürnberg gehört zueinander, und wären des Reichs, und hätt auch die Stadt des also hergebracht von Alter, und hätt auch deß gut Urkund: Also wer des Reichs Pfleger wäre auf der Burg, der solt den Burgern solch Sicherheit thun: Wann ein Reich abgieng, daß der Pfleger die Burg einantworten solt den Burgern, und die solten sich dann innhalten bis an ein fünfftiges Reich, und si weisten auch deßelben der Stadt Urkund von Kaisern und Königen, von Kaiser Heinrich, Kaiser Ludwig, und von Kaiser Carl, und do hätt der Burggraf keinen Brief über dieselben Burg: und also theilten die obgenannten Fürsten alle, daß die Briefe, die die Stadt hätt, Kraft solten haben, und daß si auch dabey bleiben solten. Vid. *sepius cit. Cop. Briefl. Urkunden, fol. 26.* Ex qua Sere Burggravii petitione illud iterum colligi potest, quod jam circa finem §. 9. monuimus: Arcem Imperii jurisdictione atque præ eminenti insignem fuisse. Neque enim probabile est, ipsum tanto nisu præfætam arcem istius ambivisse, quæ nulla regalia, nullam jurisdictionem haberet.

§. 12. Sed cum temporum tractu præfati Castellani seu sine sensu expirarent, tandemque illorum memoria planè obliteretur, castrum individuo nexu Civitati alligatum, & cum illo Regalia & jura annexa, eidem accrevere, nisi de quibus specialiter Sere Burggravii investiti sunt, prout per Investituram etiam Judicium Casareo-Provinciale, præter Burggraviam, iis obtigit, à quo tam varia loca & provinciæ, inque his Civitas Noriberg. per Imperatorum privilegia, iterum exempta sunt.

§. 13. S

§. 13. Sed probè hîc observandum, *Ser. Burggravios longè alios fuisse à memoratis Castellanis sive Vicariis Imperii*, quos alii multi pro iisdem habuere, ex illo, nî fallimur, errore, quod inaudirent, *Burggravios arcem Noribergæ inhabitasse*. Posterius quidem non imus inficias: at hoc negamus, arcem eos Imperialem tenuisse (v. *præc.* §. 11.) bene tamen Burggravialem, ab Imperiali cum curâ distinguendam: Binas enim arces Noribergæ extitisse, neminem, nisi vel mentis vel oculorum cœcitate laborantem, latere poterit, quamvis illi Autopsia & ocularis inspectio (utraque enim hodie adhuc monstrari potest) huic verò Celtis verba (si ea, quæ oculis usurpare nequit, auribus usurpare dignatus fuerit) errorem istum eximere possint. Ita autem primus & princeps sui ævi Germanorum Poëta: *In collis vertice, ait, duæ arces egregiæ: Major in occasum respiciens, ex urbe angustum aditum per petram excisam admittit, quæ regias aulas & Cenatomnes laqueatas magnitudine patentes & ornatu locupletes habet: illaque Cesaris & Romanorum Regum domicilium est. Cesar Fridericus, ut hortis plurimum se oblectare solebat, in ea arce pensiles sibi hortos fieri fecit, pilis onus sustinetur, altitudinem muri æquans, solumque superstratum herbarum & arbusculorum patiens est. Altera autem arx, quæ huic ab ortu adjacet (à qua Comitibus illius loci quondam titulus erat) nunc penè excisa & prope demolita est proximo bello, & in ejus locum publica domus frumentaria constructa &c.* Hactenus & plura alia *Celtæ c. 5. de Orig. situ &c. Norimb. Conf. Castel. de Stat. public. Europ. noviss. c. 25. n. 5. ibique cit. Linn. Tom. I. Addition. ad Jus publ. l. 5. c. 7. n. 10.*

§. 14. Hanc verò arcem posteriorem sive Burggravialem priori sive Imperiali officialem fuisse, ipsæ Investituræ literæ demonstrant, in quibus *Seren. Marchionibus custodia porta* (quæ Imperiale castrum patet) *juxta castrum* (Burggravialem) *sita* (reliquas enim duas alii Nobiles, scilicet de Brauneck & de Halenburg custodiebant) *conceditur*. Unde merito quis mirabitur, qua ratione huic

Burggraviali sedi, regalia annexa, Imperiali verò arci, tanquam Imperatorum sedi, nulla competisse dici possit, cum tamen huic quasi servierit? Quis verò factum, quod in domum frumentariam sedes Burggravialis fuerit commutata, non adeò in obscurum est. Cum enim Christophorus à Leiningen, Burggravorum hoc pro more istorum temporum apertè declaratus, nocturnis insidiis anno 1419. an anno 1420? Vulcano hanc arcem consecrasset, rudera illius cum aliis juribus anno 1427. Ser. Burggr. Norimbergensibus vendiderunt, qui illam in horreum publ. commutarunt, v. ipso *Limn. cit. loc. addit. testc.* Unde & ex ceteri istà & unius nocturno spatio factà absumptione colligi poterit, illam non ex lapide, uti Imperialem, constructam, sicque etiam quoad magnificentiam hanc inferiore fuisse.

§. 15. Sed nec ex Investitura patet, quod Judicium illud Provinciale fuerit pertinentia Burggraviatus. Veniam dabit B. L. ex ipsis literis Investituræ huc pertinentia, cum integræ apud *Limn. cit. loc.* inveniantur, adducamus: *Rudolphus Dei gratia, Romanorum Rex, semper Augustus, &c. &c. ad universorum tam presentium, quàm etiam futurorum notitiam volumus pervenire, quod nos attendentes fidem puram devotionemque sinceram, quam Nobilis Vir Fridericus, Burggravius de Nürnberg, consanguineus & fidelis nostri dilectus, erga Nos & Romanum gerit Imperium &c. Ipsi Fridericus Comitiam Burggravia in Nürnberg, castrum, quod tenet ibidem, et stodiam portæ juxta idem castrum sita, Judicium provinciale in Nürnberg, cui etiam, vice Imperatoris, exercens omne judicium judicium exercebit. Item, quod officialis ejusdem Burggravius unà cum Sculteto nostro in Civitate Nürnberg judicio præsideat: & quicquid emolumentum in causa criminali vel civili, vel sanguinis, aut aliâ quacunque obtulerit, duas partes ejusdem lucri idem officialis recipiat. Item, quod quævis fabrica ferri dictæ Civitatis Nürnberg duodecim denarios singulis annis dicto Burggravio solvat, & quod de singulis arcibus citra ponte*

in Diœcesi Eichstetensi censum, & tempore messium de quolibet unum messorum recipiat. Insuper, quod tertiam feram, tertiam arborem de foresto, ac omnia ligna jacentia in eodem possit tollere, capere & habere. Insuper, officium foresti ab illa parte pontis versus castrum Diœcesis Bamberg. cum omnibus attinentiis suis. Et quod ibidem Forestarium possit ponere seu locare, villam Werde, villam Buch, oppidum Schvund, castrum Creusen: item decem librarum denariorum redditus de officio Sculteti in Nürnberg, & decem librarum de telonio ibidem, cum aliis feudis, quæ prædictus Burggravius & sui progenitores ab inclita recordationis Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus feudali titulo tenuerunt & habuerunt, sicut aliàs de consensu nostrorum Principum, Aquisgrani omnia supra dicta sub cereo nostro sigillo concessimus, sic & nunc ea ipsi concedimus in feudum &c. &c.

§. 16. In his Investituræ literis *Judicium* illud (1) non vocatur Burggraviatûs Norici, sed, uti in aliis jam adductis documentis, *Judicium provinciale in Nürnberg*, à locò nimirum, extra quem celebrari nec debuit, nec potuit. Aliàs, si verba: *in Nürnberg*, eo sensu accipienda forent, ut intrinsecatem (liceat ita loqui) denotarent, nimium angustis limitibus hoc *Judicium* coarctaretur, quippe quod in omni ferè Germania, ejusque quatuor circulis jam antea nominatis vires suas exerere voluit, nisi quæ loca vel peculiaria privilegia, vel transactiones exemere: sicut ipsos Noribergenses eorumque bona, & inde pullulantia litigia, clementissima Imperatorum supra laudatorum privilegia, & Transactio Harrensis exceperunt. Et absque his exemptionibus (ἐπιδοτήσεις loquendo, quod tamen nullatenus concesserimus) licet foret, non tamen (quod supra jam innuimus) *Judicium Cæsareo-Provinciale* majorem amplioremque jurisdictionem in tractu Norico, quam in reliquis terris Imperii obtineret: potius, sicut alibi, ita hîc quoque concurrentem solummodo jurisdictionem haberet: quam concurrentiam verò jam pluries dictæ exemptiones inhiberent, nisi in quantum Noribergenses, ob rationes

supra §. 5. adductas, aliquid de jure suo, quoad actiones reales ce-
 ferunt. (2) Non posse hoc Judicium propriè dici Burggraviat
 ex eo dispalescit, quod *præter Comitiam* illius Seren. Burggraviis *sp*
cialiter in feudum concessum fuerit, quod supervacaneum foisset,
 jam sub Comitiam comprehenderetur. Neque (3) dicitur in Invest
 turæ literis, cui tanquam Burggravius, sed *cui vice Imperatoris* &
 exercebit.

§. 17. *Et si hoc Judicium Cesareo - Provinciale* esset Burggra
 viatus pars (cui tamen hætenus tradita è diametro obstant) ex in ta
 men inferre non liceret: Ergò hoc Judicium ad urbis usque pot
 tas jurisdictionem suam exercet; cum *Burggraviatus Noricus*, qu
 talis, (4) *nullo gaudeat territorio*. Hujus asserti, prima fronte par
 doxi, rationes, non est, ut diu requiramus. Nam si terræ circa No
 ribergam sitæ, & omnis ille tractus esset Burggraviatus, de quo a
 cipienda forent Investituræ verba sub mentione Comitæ & Jud
 cii Provincialis in Nürnberg, quid opus fuisset ibidem, præter Co
 mitiam & præter Judicium Provin iale, concedere *tertiam feram*
tertiam arborem de foresto in eodem? Sanè, qui gaudet toto, non de
 bet specialiter investiri de certâ totius parte. Quid opus fuisset
villam Werda, villam Buch, quæ proximè Noribergam sunt, concedere
 re, si jam omne territorium circa urbem Burggraviatum consti
 tueret? Ubi intransitu ex integræ fidei documentis monere liceat
 memoratas *tertias de foresto, sedem item Burggravialem cum suis pe*
inentiis & plura alia, quæ in instrumento venditionis recensentur
 Civitatem Noribergensem pro 120000 *fl.* testibus apochis (qu
 meritò traditionibus aliorum, qui pretium hoc extendere amant
 opponimus) Sigismundo Imperatore hanc emtionem non tantum
 confirmante, sed imprimis suadente, à Friderico, primo ex Burg
 graviali domo Electore Brandenburgico, anno 1427. emisse. Cui
 enim laudatus Seren. Burggravius Imperatori Sigismundo pro Ele
 ctoratu atque Marchiâ Brandenb. 400000. *fl.* ex debitò compacto
 solver

solvere teneretur, ne subditis suis nimium oneris imponeret, memorata illa jura, cum pluribus aliis, Noribergensibus, per onerosum, *bonæ fidei tamen contractum*, vendidit, reservatis sibi quibusdam certis juribus, puta *Banno ferino, jure conducendi, feudis aliisque juribus non venditis*, de qua aliisque venditionibus vid. *Limn. I. addit. ad Lib. 5. c. 7. n. 12. f. 773. Gastel. cit. tr. c. 24. n. 5.* Magnum porro, eumque nobilissimum, Franconiæ tractum Serenissimi Marchiones post ea tempora, cum jam Burggravii hac præ eminentia gauderent, vel emtionis, vel pignoris, vel hereditario jure, vel per connubia aliosque titulos acquisiverunt, cujus specialem juxta loca variis temporibus adq̄uisita Catalogum satis prolixum nobis exhibet *Limn. lib. 5. de Jur. Publ. c. 7. n. 6. & seqq.* Neque negare volumus, quod illa loca vocari possint *Seren. Burggraviorum*, non tamen inde sequitur esse *Burggraviatus*, nisi forte quispiam tam laxè Burggraviatûs terminum extendere velit, ut & omne ipsorum territorium ad illum referat. Hinc non sine ratione Seren. Marchiones Joh. & Albertus gl. memoriæ anno 1437. post obitum Friderici, ditiones suas, non in das Burggrafthum Ober- und Unterhalb Gebürgs, sed in Ober- und Unterland zu Francken dispartiti sunt. *Vid. Cop. Briefl. Urkunden c. f. 90.*

§. 18. Urgent porro dissentientes, vi Investituræ Judicium illud Provinciale *omne judicium judicans exercere posse*. Ergò & illud, quod Noribergæ est? Respondemus: Nisi per specialia privilegia & transactiones inde *eximerentur*, quæ cum suprâ bona allegaverimus hinc, exinde limitationis nostræ ratio affatim constabit. Adhæc, si nullæ adessent vel exemptiones vel transactiones, non tamen (ut denuò iteremus, majorem Judicium Cæsareo Provinciale) Onoldinum jurisdictionem in nostrum Judicium Provinciale haberet, quàm in alia, v. g. Baruthinum judicium aulicum &c. Quemadmodum verò in alia non nisi concurrentem habet jurisdictionem, ita & in hoc non aliam habebit, nisi quod *ratione personarum*

nalium extra Urbem hanc concurrentiam Transactio Harrensis habeat.

§. 19. Tertiò instant Judicem Provinciale *vice Imperatoris* omne judicium exercere; Sed hæc ratio pro nostra potius sententiâ facit. Si enim Judex Provincialis *vice Imperatoris* judicium exercet, Imperator eodem se non abdicavit, quin potius plenam eximendi facultatem sibi reservavit, ut adeò planè nihil constiterit, quò minus plenè Noribergam ejusque subditos ab hoc judicio eximere potuerit, quemadmodum etiam reverà illam exemptionem. Quod verò ex parte hisce exemptionibus renunciaverit Civitas Norimb. illud non statim totalem abdicationem, sed potius *concurrentiam vel præventionem* in actionibus realibus inducit, cum sic per jurisdictionis cumulationem satis gravata sit plenaria antehac Noribergarum libertas.

§. 20. Tandem *ad sententias* anno 1583. & 1587. cum *rubricâ die Freisliche Obrigkeit* etc. in Camera in possessorio & in visorio *relatas* provocant. Sed hoc neque infringit nostram sententiam, neque contrariam corroborat; à separatis enim incongrua interpretatio fit. Sententia concernit *die Freisliche Obrigkeit*, nostri judicium Provincialis in ea nulla fit mentio, ipsâ rubricâ & sententiæ tenore indicibus. Adhæc in possessorio tantum lata: itaque Civitati Noribergæ *petitorium* est salvum, & adhuc pendet.

§. 21. Certissimum ergò est & manet, quod, secundum tenorem *transactio* Harrensis tenorem, ejusque diserta verba, extra Civitatis Noribergensis moenia, Judicium hoc Cæsareo Provinciale in Personalibus actionibus planè nullam; in realibus verò quoad Senatûs & Civitatis, nec non civium subditos & emphyteuticos non nisi concurrentem habeat jurisdictionem, quæ præventionem non excludit. Optimè hoc illustrant *citata Gravamina* de *gestelleten Revision. Senatus Nor. f. 213. seq. verbis: Daß aber*

von Nürnberg im Harrischen Vertrag zu Wiederaufrichtung
solches Land: Gerichts, welches sonst bis auf dieselbe Zeit,
lang und viel Jahr hernieder gelegen, aus gutem Willen,
wie der Vertrag im Anfang bezeugt, und von Friedens we-
gen etlicher maßen von ihrer Exemption gewichen, und ohn
all: Recht und Noth, allein ex pacto und Vertrags:weis
bewilliget, daß was außer der Stadt: Mauer und Graben
gelegen, es sey Gostenhof, Wehrd und anders im Land:
Gericht liegend sey ic. so hebliche Spruch betrifft, geklagt wür-
de, die Land: Richter darob richten mögen: Alle persöhnliche
Spruch aber, in welchen zu den Personen geklagt wird, davon
ausgeschlossen, und bey deren von Nürnberg vorigen Exempti-
on ihrer Kaiserlichen Freyheit gelassen werden; das kan sich
weiter, dann solcher deren von Nürnberg guter Will und
Wiss. n gewesen ist, nicht erstrecken, noch sie in andern unbewil-
ligten Sachen und Fällen, wider ihre uralte Freyheit und
Exemption, ic. subject und unterwürfig machen, sondern was
mit guten freyen Willen von der Stadt Nürnberg disfalls
ausdrücklich und in specie, von wegen der Land: Gerichtli-
chen Jurisdiction, nicht begeben und bewilliget, das ist in Kraft
ihrer vorigen Exemption und Freyheit (wie der B: schluß vor-
berürten Vertrags ausweist, darvon excipirt und ausgenom-
men, also daß aus diesem Harrischen Vertrag, weil derselbe
ex solo consensu & voluntate partium bestehet, ein anders und
mehrers nicht ic. geschlossen und bewiesen worden kan, dann
daß die Stadt Nürnberg darinnen ihres Theils, wie gemelde,
etlicher massen von ihrer Kaiserlichen Freyheit und Exemption,
dabey si: doch bis zu derselben Zeit geblieben, gewichen, und
mit gewisser Condition ihrer Land, Leut und Güter halben in
das Kaiserl. Land: Gericht gewilliget, dargegen auf der Her-
ren Marggrafen Theil, solches Land: Gericht allein auf die

reales und mixtas Actiones (dann man ihnen ein anders und mehrers nicht einräumen wollen) restringirt sey, 2c.

§. 22. Sed missam faciamus arduam hanc & spinosam controversiam; Neque enim nostrum est, tantas componere lites. *Interim* hactenus tradita, uti, ex ipsa veritatis arcâ deprompta, non latenus præterire potuimus; ita salvâ submississimâ veneratione er *Serenissimam Domum Brandenburgicam*, quam DEUS æternùm regere jubeat, dicta esse volumus.

§. 23. Illud adhuc circa Judicium Provinciale Norimbergense monendum, quod *ratione loci*, ubi celebratur, conveniat cum Prætorio Urbano, ita, ut æstivis mensibus in aulâ Curix: hybernâ in memoratô Conclavi publicarum audientiarum (de quo c. 2. §. 1. circa init.) habeatur: *ratione tamen temporis* differat, cum ordinariè publicæ hujus judicii audientix pomeridianas horas diei Sabbati sibi vendicent. Geminos autem menses, *Julium & Augustum*, requiem laboris fervoribus mitigandis, vel potius *fructibus colligendis*, circa quos in primis Rustici occupantur, indulgentior annuâ strepitu hujus Judicii excipit. Unde vulgares isti atque facit *rythmi*:

Die zwey Apostel Peter, Paul,
thun zu der Bauren zänkisch Maul,
weil selbe finden kein Gericht,
biß Barthel in die Pfeben fricht.

§. 24. *Modum in hoc Judicio procedendi* indicat ipsa *format. tit. 1. l. 3.* in verbis: Vor dem geordneten Baurn: Gericht fürgenommen 2c. auch in denens. *lib. n.* Sachen der Proc und Gerichts-Ordnung, wie an dem Stadt. Gericht, doch n *möglichster Befürderung* gehalten werden. Ex quibus liquet qu

quod modus procedendi per articulos & positiones in hoc judicio æquè ac in Dicasterio Urbano, receptus; hodie autem post *R. I. anno 1654.* libero litigantium eorumque Patronorum arbitrio relictum sit, utrum simplici, an articulado procedendi modo uti velint.

§. 25. Quod denique ab hoc Judiciò nostro appellari possit & ad Incl. Senatum, & observatis observandis, ad Cameram Imperialem sive Judicium Imperii Aulicum, experientia testatur. Sed abrumparamus, & ne, dum urceum coepimus instituire, curren- te rotâ, amphora exeat, in posterum contractiores erimus, & sequenti *cap. ex Reform. Nor. tit. 4. 5. & 6.* Judiciorum trigam complectemur.

CAPUT V.

De Judicio Ædificiorum, Quinque-Virali atque Opificum, Bau-Bünfer-oder Straf- und Rug-Gericht.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| §. 1. & 2. <i>Transitus ad Judicium Ædificiorum.</i> | §. 12. <i>Processus.</i> |
| §. 3. <i>Hujus Judicii Personæ.</i> | §. 13. <i>An inde appellari possit.</i> |
| §. 4. <i>Causæ, ubi von Schließ-Fenstern, Ausladungen etc.</i> | §. 14. <i>Liticulæ mulierum quomodo compescantur?</i> |
| §. 5. <i>Processus.</i> | §. 15. <i>Transitio ad Judicium Opificum, das Rug-Gericht.</i> |
| §. 6. <i>An inde appellari possit?</i> | §. 16. <i>Ratio denominandi. Homonymia.</i> |
| §. 7 & 8. <i>Transitio ad Judicium Quinque-Virale. Ratio denominandi.</i> | §. 17. <i>Ne assitas & utilitas.</i> |
| §. 9. <i>Quinque-Viri hujus Judicii.</i> | §. 18. <i>Personæ, hoc judicium constituentes, nec non Causæ.</i> |
| §. 10. <i>Causæ, ubi, quid Peuderling sit, declaratur.</i> | §. 19. <i>Tempus, Locus, Processus & Appellatio.</i> |
| §. 11. <i>Locus & tempus.</i> | |

§. 1.

Sive in *urbe* sive *ruri* habitemus, *domus* & *tugurium* tutissimum cuique refugium est, aut certè esse debet, per *l. 18. D. de in ju. voc.* Sæpius tamen aliquid mali propter vicinum malum subnascitur, ut non infrequentes sint *lites*, quæ occasione *ædificiorum* inter vicinos subinde propullulant: unde non tantùm actiones confessorias & negatorias, diversa insuper interdita, cautiones item de damno infecto & novi operis nunciationes J. C. auctoritas ex parte, partim Prætorum æquitas suggestit, de quibus latiora Digestorum & Codicis volumina, cui id volupe, adeat; Sed etiam provida Incl. Senatus Norici cura prædentissimè de ædificiorum modo disposuit, quam ob causam *Job. Melon. in Thes. Jur. Civ. Feud. & Crimin.* eundem æquè a *Wormatiensium* cum hoc additamento laudat, daß Sie sich dener beschriebenen Rechten mehrentheils verziehen, und in eine sonderliche geschickte Ordnung gestellet seyn. Vid. *Wurfb. in add. diff. 7. 6. & Ref. Nor. n. 41. ferme circa fin. pag. 210.*

§. 2. Ast *lex* & *actio* sine *judicio* inanis est: Consultâ ergo solitudine Illustris Reip. Norib. Senatus peculiare de controversiis occasione ædificiorum privatorum obtingentibus, *Dicasterium* condidit, quod communiter das *Bau-Gericht* dicunt, de cuius natalibus illud compertum habemus, quod anno 1503. exortum est.

§. 3. Exercent hoc *Judicium* tres proximè ut plurimum per *Ordinem* Septem-Viralem seqq. *Dnn. COSS. Seniores, tres priores Dicasterii primarii, totidemque Inferioris Tribunalis Scabini*; hæc tamen ratione, ut quoties hoc forum pulsetur, singulis vicibus tres, siquidem ex qualibet classe Senatorum, *Dicasterii primarii* & inferioris unus adhibeatur, atque alterno ordine huic *Judicio* intersint. Scilicet cum nemini æquè sit fidendum, atque artifici in sua arte; hinc

in consilium adhibentur *jurati Civitatis opifices*, qui oculari inspectione ædificia perquirant, animique sui sensa de controversiis pendentibus prodant, quæ ratio est, quod in *Ref. Nor. t. 1. l. 4.* circa hoc Judicium fiat mentio *Der verordneten Bau-Herrn und Werckleute.*

§. 4. Objectum sunt *controversiæ de ædificiis* vel noviter, five ex parte, five in totum condendis, vel mutandis, ampliandis aut reficiendis, vel etiam destruendis, nec non de ædificiorum partibus & accessoriis, altitudine scilicet & projectis, jure luminum, quorsum præcipuè spectant *die Schliß Fenster oder einfal-lende Licht*, & sunt fenestræ hauriendi luminis gratiâ in vicini prædium immissæ, ita tamen, ut ratione altitudinis duos pedes urbicos; & ratione latitudinis dimidium pedem five sex digitos non excedant, vid. *Ref. Nor. tit. 26. l. 3. vers. Und so r. & seq.* item de jure fillicidii, menianis, & jure projiciendi, von *Ausladungen, Uberschuß und Altanen*, Caminis five emissariis fumi, *Schlöten*, quomodo præcipuè in officinis ferrariis & clibanis erigi debeant, parietibus propriis & communibus, inque illis ædificatis fornicibus, *Schwin-Bögen und Behältern*, tetrinis, cloacis, aliisque de quibus in *Ref. Nor. tit. 26. per tot.* affatim agitur, ut adeò hîc prolixitatem sectari, foret in arenâ ædificare, aut laterem lavare, vel potius operam perdere.

§. 5. Deciduntur autem ista litigia *sine omni figurâ judicii*, ita ut, dictâ die, ocularis inspectio peragatur, partes controvertentes actiones exceptionesque, replicas & duplicas, vel in scriptis proponant, vel oretenus dictitent, postmodum illarum petita, nec non testium depositiones aut productorum instrumentorum fides in loco controverso, *auf der Schein-statt*, si id commodè fieri possit, examinentur, sicque, causâ conclusâ, exploratis Dnn. Consiliorum judiciis, sententia in ordinario Judicii loco quantocyus dicatur.

Vid. *Ref. Nor. c. t. 26. l. 15. §.* Worauf sollen die Bau-Herrn.

Quod si tamen litium ambiguitates hanc summarie procedend
viam non admiserint, partes ad Dicasterium civitatis remittuntur
ut ibidem ordinario processu lites istæ decidantur; vid. *cit. l. 15. tit.*
26. §. Begebe sich aber.

§. 6. A Sententia hujus Judicii *provocatio* non nisi ad Incl. Se
natum patet, neutiquam verò ad aliud extra urbem Tribunal, et
iam si sit Imperii Aulicum & Camerale, vid. *l. 4. tit. 1. & l. 3. §. 1.*
tit. 10. Ref. Nor. idque ex privilegio Maximiliani I. anno 1508. in
dulto, à Carolo V. anno 1520 confirmato, Cameræque Imperia
per Decretum anno 1522. insinuato. Vid. *Wurfb in differ. Jur. Civ.*
& Ref. Nor. cl. 2. §. 27. Denique quomodo executio in hoc Judici
peragi debeat, monstrat *l. ult. cit. tit. 26. R. N.*

§. 7. Sed quid juvat *stantibus mœnibus atque adibus urbem su*
bire, si mores ruinam minentur, & adilem quasi metuant? Com
modè proinde huic morum & disciplinæ ruinæ obviat *quintum* in or
dine Judicium, *Quinque Virale* scilicet, à *Quinque Viris* Dnn. Senato
ribus, judicio huic præsidentibus, id nominis indeptum. Vid. *Reform*
Nor. t. 1. l. 5. & Wurfb. differ. Jur. Civ. & Reform. Nor in addit. n. 14
Germ. das Fünfer- vel Hader- Gericht.

§. 8. Neque ista ratio denominandorum Collegiorum à nu
mero personarum in Historiis hospes est. Ita enim Antiquitate
Romanæ (ut alias prætereamus) *Sacrorum Duum-Viros, Duum*
Viros capitales, Duum Viros classi reficiende, Trium Viros coloni
deducende, Trium Viros nocturnos, Trium Viros Reipubl. constituen
de, Trium Viros monetales, Quinque Viros mensarios, Decem Viros
legum ferendarum &c memorant celebrantque, de quibus confu
possunt *Pompon. in l. 2. §. 30. & passim de O. I. Domin Flocc. de potes*
Rom. Pompon. Latius de Magistrat. Rom. & alii plures.

§. 9. Hanc *Quinque-Viratum* constituunt *bini regentes Dn. COSS. duo*, qui *fascēs proximè sunt suscepturi*, & qui *Junior Dn. COS. non ita pridem Magistratu abiit*: Quod si tamen ex *Incl. Dn. Trium Viris aliquis Contulatum gerat*, ejus vices alius ex *Patribus Conscriptis* subit.

§. 10. Coërentur in hoc *Judicio censoriâ gravitate quæcunque legum*, in primis *vestiariarum*, *transgressiones* aliæque, tum *verbales*, tum *reales injuria*, ad quas posteriores inter alia vulnera etiam referuntur *die Weuderling*, per quæ intelliguntur vulnera, *die offen, aber nicht schädlich*, auch *Hestens und Maiselns* nicht nothdürftig sind, *vid. B. Dn. Dietherr in Thes. Pract. Besold. Contin. verb. Wund-Arzt*, cæteraque vulnera non sanguinolenta, *Blut Runsten, Braun und Blau*, quando, ut ex *Comice lenitatis* patre describamus, *corium puniceum sit, postea atrum nudum*. Hæ igitur transgressiones atque enormitates per certas & ad libram & denarium determinatas *mulctas, nach Pfund und Pfennig*, quæ pro circumstantiarum varietate variæ sunt, compescuntur. Unde *Steph. Vinan. Pighius in Herc. Prodic.* Ita de hoc *Judicio: Magnâ inquit, severitate pugna, rixa, injuria & vis privatis illata, quietis publ. conservanda causa, compescuntur, ita, ut in Quinque Virati illo judicio Minoæ & Rhadamantum suas urnas movere quis diceret. Id ipsum in officio plebem quam maximè continet &c.*

§. 11. Celebratur hoc *Judicium in loco Curie*, quâ in *Oriente* solem spectat, vicinô, cui etiam nomen dedit, vocaturque *das Sinafer Haus*. Hic igitur, *Lunæ, Mercurii & Veneris diebus*, horis pomeridianis ordinariè causæ supra memoratæ agitantur, modo in priores dies *Nuptiæ solenniores Patriciæ* non incidant: Atque nomina eorum, qui comparere tenentur, sive nocentes sint, sive non, *protocollis hujus judicii* inseruntur, quod vulgò dicitur, *ih e Namen Kommen ins Hader Buch*, ut tradit *Dieth. in Contin. Thes. Pract. Besold. verb. Sunse &c.*

§. 12. *Modum procedendi in hoc judicio nervosè recense*
Dn. Atavus, in sepe laudat. Epist. c. 17. in verbis: Hi, scilicet Quin-
que Viri, procedunt summarie sine strepitu & figura judicii, libellum
non recipiunt, Procuratorem & Advocatum assisentem non admittunt
sacramento pleraque dirimunt, causasque graviores ad Senatum refe-
runt. Hoc ergò judicium præ reliquis illud sibi specialiter vindica-
ex privil. Frid. III. de Anno 1470. quod partes, & maximè reus, sine
omni advocato comparere teneantur: Cujus rei, comparendi nimirum
sine procuratore in judicio, vestigia in ipsis Legib XII. Tabb deprehen-
dimus, quando nemo, in quocunque etiam judicio, per alium li-
tigare poterat, nisi pro populo, pro libertate & pro tutela &c. vid.
pr. J. de bis, per quos agere &c. ibique Comment. & maximè Conv. Rit-
torib J Ct. ultra Jurisprudenciam eruditus, ad d. pr. ubi, ne quidem mor-
bum aut senectutem excusasse, sed illos ab adversario jumento, veletian-
curru, quem Arceram vocabant, in jus vectos fuisse scribit.

§. 13. Ab hoc denique Judicio, ne quidem ad Senatum Urbis
 nedum ad exterius Tribunal provocare quis potest; inde enim pri-
 vilegium laudatum Frider. III. ann. 1470. appellare volentes arceri
 vid. l. 5. tit. 1. Ref. Nor. nisi quod, Dominorum Præsidium permitti
 atque consensu, pars condemnata supplicationem pro mitigand
 sententia Senatui quandoque offerre queat. Causam hanc as-
 signat Wurfain. de differ. J. C. & Ref. Nor. cl. 2. §. 77. ne exorirentur
 rebelliones, inobedientia civium erga magistratum, aliq; incommod.
 Conf. Limn. l. 7. de J. Publ. c. 35. n. 12. ubi tenorem dicti privileg
 recenset.

§. 14. Non possum non occasione hujus Judicii ea, dux Com
 Celtas de Orig sit. morib. & instit. Norib. c. 13. de animadversione
 mulieres injuriantes & cornicantes scripsit, apponere: *Quod si qua*
inquit, inter mulieres controversia coorta fuerit, alteraq; alteram inju-
ria, verbò factove indecoro (ut ille sexus maledicentior est) laferit a-
 q

que pellicatui aut lenociniis faverit, vel castitati puellarum posuerit insidias, aut adulterorum congressibus consuluerit, certo aut vago auctore delata, publico foro ante curiam Patrum magnum saxum, in globi formam excisum, humeris gestare cogitur, præconi cum tympano & fistula precedente, ad cuius pulsum in foro à toto vulgo concurritur, insequentibus & acclamantibus pueris & ætate provectioribus, fœdâq; suggillatione, cavillis & probris saxo onustam (ut lentiori gressu spectaculum præbeat, confusioniq; & calumniis subjaceat) insectantibus & per circumagentibus. Ridiculum profectò & plenum cachinno spectaculum, & coercendis mulierum delictis satis efficax documentum. Has enim vituperationes aliquando magis metuunt, quàm leges ad bene beatèque vivendum constitutas. Quod tamen in desuetudinem abiit, & alia instrumenta in hujus lapidis locum surrogata sunt. Ita hîc Aldorffii mulierum rixosarum colla instrumentò quodam ligneo, fidium figuram aliquatenus repræsentante (unde & in vernacula nostra nomine der Geigen indigitatur) constringuntur, ad quod modò una, modò ambæ manus, pro gravitate delicti, aptantur. Prout & dicitatem sequioris sexus rostrum æneum, vulgò der Schnabel (ciconiæ forcè rostrum referens; ista enim avis ob garrulitatem suam *Crotalistris* apud Satyricum audit) compescit.

§. 15. Quamvis verò rixarum messem undique & undique maximum metere liceat: vix tamen ullibi, feraciore proventu & feliciore copiâ, infelix illud lolium germinat, atque inter Opifices. Neque enim solus figulus figulum odit, sed omnium in universum artificum reciproca gratia rara est. At ne lites istæ in nervum erumpant, viresque acquirant eundo, utque fraudibus cunctis & circumventionibus fibula ponatur, Judicium aliquod Opificum, quod Germ. das Rug Gericht dicitur, de quo l. 6. t. 1. R. N. tractat, Noribergæ observare licet.

§. 16. Vocatur *Das Rug: Gericht* à *Rügen*, quæ vox sumitur (1) pro *denunciare* sive *accusare* &c. quo in significato etiam *Matth. 1. v. 19.* ex versione *Megalandri Lutheri* occurrit: *U* (Joseph) *wolte sie (Mariam) nicht rügen*, i. e. *adulterii accusare*. Neque enim tantummodo *J. C. Justin. l. 12. §. 3. D. ad Jul. de adult.* sed & *J. D. Mosaicò sive forensi* (quod, ut obiter addam, licet *Christianos non obliget*, ab illis tamen tutò in plerisque attendi potest, cum ex testimonio legis divina certi sint *legislatores & judices se non facere contra voluntatem DEI*, ceu docet *communis Germaniæ Præceptor Melanchthon in L. de Conj.*) per constitut. *Deut. 2. vers. 23.* *adulterium cum sponsa committitur.* (2) Pro *multarum Strafen*, *Webn. in Obs. Pract. verb. Rügen*, ibique allegat. *Meichner*. Unde quoque *censturæ vicem* alicubi obtinent *Die Rug: Gerichte*. Alia tamen atque ab hoc nostro *Judicio* diversa sunt, quæ maximè in *Saxonia* vigent, quando nimirum certis anni temporibus omnes subditi convocantur, & prælectis antea provinciarum istius legibus & statutis, interrogantur, num quem sciant, qui istis non obtemperaverint, quò postmodum transgressores vel verbis, vel minis, vel poenis, officii sui commonefaciant. Vid. omnino *Dn. à Seckendorf im Teutschen Fürsten: Stat P. II. c. 10. §. 12.* Unde *Carpz. in Proc. t. art. 1. n. 67.* defendit processum, à *Præfectis* inter *rusticos*, delicta leviora committentes, summarie & de plano susceptum, quem videri *gò nuncupant den Rügen: Process.*

§. 17. Sanè non minimam *felicitationis suæ partem* dulcissimi Patria huic *Judicio* debet. Cum enim olim *Collegia Opificum* & *tribus* (*Die Zünfte*) frequentarentur, quæ *dirimendarum in Opifices & consortes suos controversiarum & litium arbitrium* sumserunt, bone DEUS! quanta *turbis per tribus, tribus* abhinc oculis, *fenestra est aperta?* Horror animum subit, quas *clades* & *æstuantis populi impetus*, & *conspiratæ factionum partes* urbi, a *te Caroli IV. tempora*, attulerint, recensere. Sed abrogatis i

Opificum conventiunculis & extinctâ tribuum memoriâ; Contra instituto hoc Judiciô, halcyonia desideratissima, propitiâ Numinis benignitate, redierunt, ut seditiones exitiosæ nunc fructuosæ sedationes clueant. Audiamus laudatum *Pighium in Hercule Prodicio*: *Operarum atque artificum (qui postremus & plebejus est ordo) nulla admittuntur in urbe conventiuncula vel conciliabula publica, vel privata, non epulas solennes aut convivium festiva multorum, nisi religionis & exequiarum causâ. Paci enim publicæ id perniciosum sit arbitratur, eò, quod saepe compertum est, factiones seditionesque periculosas pullulare ex similibus plebejorum congressibus, dum ebrii inter se de Rep. disputant, easdemque multis urbibus libertatem ademisse, calamitates ingentes attulisse. Quod si quæ inter plebejos simultas aut dissensio fuerit orta, non ad artium Decanos aut Operariorum primarios ea deferatur, sed ad ipsum Senatum, qui confestim duos arbitros legit, qui rem cognoscant, & privato colloquio pacem & concordiam tentent. Quæ si conciliari nequit, controversia ad Senatum evocatur, ibidemque partibus, causa dijudicata, non sine gravi mulctâ silentium imponitur.*

§. 18. Alia tamen hodie dirimendarum inter Opifices simultatum ratio, per hujus Judicii constitutionem, recepta est. Præsidente eidem *Quinque-Viri Senatores*, qui die *Rugs-Herrn* dicuntur, quibus *Censor (Der Pfändter)* quem *B. Dn. Atavus in sep. adducta Ep. c. 21. Syndicum* vocat, præstò est. Illi *Opificum juratos magistros (die Geschworne)*, quos in §. præc. *Pighius Decanos* vocat) creant, & ne quid statutis Opificum contrarium, quin potius omnia decenter atque ordine fiant, sedulò curant; - quare artifices audiunt, & ne quis imperfectas merces aut corruptas vendat, vigilant; in illos, qui contra Jura localia operantur, aut imperfectè ac dolosè laborant, nec non in corruptores acriter animadvertunt, aliaque, quæ alibi sunt magistrorum Collegii, exercent. *B. Dn. Atavus c. l.*

§. 19. De reliquo Judicium hoc Censorium *Martis ac Jovis diebus* à prandio panditur, & idem locus, qui Quinque Virali, huiusmodi Judicio destinatus est, *summarie* plerumque causâ cognitâ. Quis ab hoc denique tribunali ad Incl. Senatûm, vix tamen ad aliud ex urbem forum, provocari possit, nulli ambigimus.

CAPUT VI.

De Judicio Forestali & Mellicidarum sive Zeidlariorum, Forst-und Zeidel-Gericht.

SUMMARI A.

- | | |
|--|---|
| §. 1. <i>Judicia sylvestria duo.</i> | §. 4. <i>Mellicidarum delineatio, & de Zeidlariorum atque Butiglariarum nomine.</i> |
| §. 2. <i>Sylvarum Norib. divisio & acquisitio.</i> | |
| §. 3. <i>Brevis Judicii Forestalis, &</i> | |

§. 1.

Neutiquam porro nos sylvæ ligna inferre putamus, si Prætoris maximam partem Urbanis, relictis

sylvestrem Themidem tenui meditemur avenâ,

sive, si duo *in l. 7. tit. 1. Ref. Nor.* residua Tribunalia civilia, scilicet Das Forst-und Zeidel-Gericht, quæ jurisdictioni *Forestali* originem debent, breviter annectamus. Ut enim quod res est fateamur postremum Judicium, primò omnium menti observans, toti huiusmodi meditationi ansam subministravit.

§. 2. Atenim verò, ne justæ Dissertationis modum ac terminos egrediamur, neve tamen prorsus ἀσύνετοι simus, quantulumcunq;

cunque dictorum Judiciorum gustum libantium more propinamus. Ex quo anno 1372. *Forstmeisteri*, nec non anno. 1396. *Waldstromeri* (qui ab Imperat. Friderico II. an. 1223. mit dem Obersten Forstmeister. Aut über dem Nürnberger Wald in vestiti fuerunt) tandemque anno 1427. *Seren. March. Frideric. Elector Brandenburg.* sua in sylvas Noribergam ambientes, & à Parochiis Urbis primariis in Sebaldinam ac Laurentianam per Pegnesum divisas jura, vi investiturarum sibi competentia, Senatui Noriberg. & quidem Seren. Elect. Brandeb. cum consensu & approbatione Sigismundi Imperatoris, tribus distinctis instrumentis, *vendidere*, in quorum altero inter alia zu Urthel für ledig und unverfümmert translata fuerunt: (1) Aller der Herren Burggrafen Rechte an und auf dem Walde bey Nürnberg, auf dem Lande und der Seiten S. Sebalds Pfarr gelegen. c. Forst: Gerichte, Erb: Forster, Forster, Forst: Rechten, Holz: Rechten, Holz: Korn, Zeitlern, Zeitel: Gütern, und mit allen andern Ehren, Freyheiten, Privilegien, Renten, Nutzen. (2) Alle der Burggrafen Rechte an und auf dem Nürnberger Wald auf dem Lande, und auf der Seiten S. Lorenz Pfarr gelegen, was zu solchem Wald und Gütern gehört, nichts ausgenommen an beeden Wäldern, dann alleine der Burggrafen Wildbahn, Lehen und Gleitte. In tertio verò Civitati Noricæ inter alia cessa sunt die Rechte der Pfandschaften an und auf dem Zeidel: Gerichte, Zeidlern, Zeidel: Gütern, und Hönig: Salde zu Feucht, als die Burggrafen das vom H. Römischen Reich in Pfandschaft, für 200. Marck lötiges Silbers, innen gehabt und besessen, prout hæc omnia ex ipsis venditionis instrumentis refert *Limn, in addit. ad L. 5. Jur. Publ. c. 7. n. 12. f. 773.* quem laudat & sequitur *Gastel. cit. tr. c. 24. n. 4.* ad conservationem horum jurium, privilegiorum atque ordinationum sylvestrium duo memorata ab antiquis temporibus Judicia illa obtinere.

§. 3. Prius *Judicium* sc. *Forestale* sex, ab Incl. Septem Virat
 plerumque proximi, *Dnn. Senatores* cum *Dnn. Præfectis sylvis* consti-
 tuunt, assidentibus *Scabinis*, ut plurimum XII. nonnunquam paucio-
 ribus, ex quibus primus *Judicii Civitatis*, alter, *Judicii Provincialis*
 nomine, tertius, pro observando commodo Incl. Senatus, reliqui e
 prædiis forestalibus, aus dem *Forsthuben*, seliguntur, qui con-
 troversias inter *Forestarios* (utpote qui amplissimis privilegiis ab om-
 nibus aliis judiciis plenissimè exempti sunt) ratione oppignoratio-
 num, contractuum, sylvarum cæduarum ac devastatarum, juris lignari-
 di similiumque emergentes decidunt, & in universum in omnes *O-*
dinationum forestalium transgressores, sive Civitati civibusque, sive
 aliis Dominis subjecti fuerint, justis modis animadvertunt. Adjun-
 guntur huic *Judicio duo ex Dnn. Consiliariis*, quorum alter *Advocatus*
Consiliarii munere alter fungitur.

§. 4. Alterum est *Mellicidarum* sive *Zeidlariorum* (*Das*
Zeidel: Gericht) à *Zeidlaris* (sic enim in publicis diplomatibus a-
 diunt) sive *Mellicidis* ita dictum. Habent hi *Zeidlaris* id nomen
 fortasse à *fovendis apibus*, *von Bien ziegen*, ex eo, quod nemini
 præter istos homines apes in sylvis fovere, melque legere sive cæd-
 re integrum fuerit. Erat enim *Mellicidarum* certum collegium
 sylva Laurentiana, quibus præter plura alia privilegia, (quorum re-
 censionem angustia pagellarum non capiunt) jus illud mellis in syl-
 colligendi competuit. Hocque jus reale fuit, hoc est, certis præd-
 inhærens, neque alibi, quàm coram suo Magistro, dem *Zeidel-*
Meister, *Feuchtæ* habitante, conveniri poterant: Unde quoque
 hic locus dicitur *Das Haupt aller Zeidler und Zeidel: Güter der*
ganzen Nürnbergischen Territorii in allen Dörfern und St-
cken, in *supra cit. Gravam. angestellter Revision contra Branden-*
subrubr. Feucht. f. 92. Hic ipse verò Magister non nisi coram *B-*
tigliario vel Buticulario conveniri poterat. Horum, scilicet *des B-*
diglers und des Zeidlers mentionem quoque facit *Goldast. in Co-*

lit. Imp. atque censet B. Dieth. in contin. Thesaur. Pract. Besold. verb.
 Zeidel: Gericht: Die Buticularii wären die Zeidler, Budigler,
 welche mit denen Bienen und Honig umgehen. Sed ex nostra
 hypothese Butigliarius potius fuit Præses des Zeidel Amtes, qui juris-
 dictionem etiam in Magistrum habuit: quamvis D. Herel, quem
 hanc in rem laudat *Dietherr c. l.* existimet, daß der Butigliarius sei-
 nen Namen nicht von dem Zeidel-Amte getragen, sondern sey
 ein Kaiserlicher Mundschentz gewesen, dem das Zeidel-Amte
 gleichsam zur Zugabe sey verliehen worden: Denn das Wort
 habe seine Derivation von den Französischen Bouteille, welches
 eine Flasche heisst. Cui derivationi quidem subscribere videtur
Carol. du Fresne in Glossar. hoc verb. ubi cum *Hincmaro* Buticularium
 pincernam esse scribit, cui potus cura demandata fuit; Sed enim ve-
 rò, quia Buticularios Franciæ dicit fuisse Majores Palatii Officiales,
 & ab his separat Butigliarium nostrum, ejus in *constit. Henr. VII. apud*
Goldast. Tom. 1. Const. p. 318. fit mentio, idè, si conjecturis locus
 foret, Butigliarium derivarem ab Italico *Bottigliere*, quæ vox, licet
 ex usu lingue Pincernam denotet, *vi tamen originis* suæ & primitivæ
 radicis, quæ est Botte, id est, lagena, vas, dolium, à Germ. *Butte*
 vel *Bötte*, ad omnes, qui circa lagenas versantur, extendi potest.
 Cum itaque mel in lagenis condi soleat, Butigliarium probabiliter di-
 sum ita credimus, quod dijudicationem & cognitionem de melle,
 ejusque in primis quantitate habuerit: Unde *Octavius Ferrar.* in nun-
 quam satis laudando *Opere de Origin. Lingue Ital. Butticularium* in-
 terpretatur per *Bottigliere*. Sed quicquid tandem sit, sufficiat nobis
 quoad rem ipsam, quod Judicium hoc Mellicidarum fuerit quondam
 ein Kaiserlich Zeidel: Gericht, quod Feuchtæ floruit, & quod post-
 modum Judicium hoc, das Kaiserl. Zeidel Gericht zu Feucht Se-
 renissimi Marchiones Brandenburgici usque ad ann. 1427. jure pig-
 noris possederint, cujus relutio ab incl. Senatu Norib., cui hæc jam
 antea anno 1360. Imperatoria clemeniâ indulta fuit, tandem an-
 no 1427. facta est, prout demonstrat Instrumentum der Abtret-
 tung

tung des Zeidel: Gerichts zu Feucht ann. 1427. in sæpius cit. Co
 etl. Briefl. Urkunden zc. f. 56. in verbis: Dazu haben wir ja (nemp
 Senatui Norico) also abgetreten, verzigen, ein und übergeben
 all unser Recht der Pfandschaft, an und auf dem Zeidel: G
 richt, Zeidlern, Zeidel: Gütern und Hönig Geld zu Feucht
 auch mit allen Ehren, Freyheiten, Privilegien, Renten
 Nutzen, Fällern, Diensten, Zugehörungen, Gewonheiten
 und Rechten, als unser Vordern und Wir das von dem R
 Römischen Reich zu Pfandschaft weiß, für zwenhunde
 Mark Silber inne gehabt, herbracht, besessen und geno
 sen haben, zc. Quæ cæssio eodem anno ab Imperatore Sigismundo
 confirmata fuit. Juribus ergò his ad Civitatem Noricam transla
 Budigliarii juxta ac Magistri Zeidlariorum nomina & functiones
 usu esse desierunt, eorumque vices Dn. *Præfectus Sylva La
 rentiane* supplere coepit, qui quotannis, (nisi juxta urgen
 tesque causæ aliud suaserint) regulariter Feuchtæ hoc judicium
 exercet, *presentibus atque præsentibus Dnn. Senatoribus*, qui Sylv
 rum curam gerunt. Constituunt porro hoc Judicium *Judex inferior*
Scabini ordinariè duodecim, qui ex privilegiatis istis prædiis
 guntur, atque *Quatuor-Viri, die Vierer*, junctò Actuario. Hi,
 quid privilegiis, quæ horum prædiorum possessoribus competunt
 controveniat, dijudicant atque explanant. Sed materiæ hujus *Nob
 litas, Raritas atque Præstantia* exactiorem sibi vindicat operam,
 penitiorem considerationem, ratione originis, divisionis prædi
 rum, privilegiorum &c. quàm præsens instituti ratio permittit. It
 que de istis, solenni Augurum verbò, fortasse *Alio die*.

CAP. VII.

De Judicio Banci Mercatorii, atque Criminali In-
quisitorio, Banco- und Inzicht-
Gericht.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| §. 1. Supplementum Judiciorum in Re-
form. omissorum. | §. 10. Ejus Origo. |
| §. 2. Judicium Banci Mercatorii. Mer-
catura Noribergæ floret. | §. 11. Personæ. |
| §. 3. Hujus Judicii origo & ordinatio. | §. 12. Subjectum passivum. |
| §. 4. Banco quid? | §. 13. Processus contra absentem, (ubi
de loco & tempore hujus Judicii.) |
| §. 5. Personæ hujus Judicii. | §. 14. Processus contra presentem, ubi
de salvo conductu generali & speciali,
von und zum Rechten. |
| §. 6. Cause. | §. 15. Appellatio in hoc Judicio an ha-
beat locum? |
| §. 7. Locus & Tempus. | |
| §. 8. Appellatio. | |
| §. 9. Judicium Criminale. | |

§. I.

Absolutis usque huc iis Judiciis, quorum in Reformatione, cu-
jus ductum, tanquam filum Ariadneum, secuti sumus, men-
tio fit, duo adhuc alia Judicia, quæ ibidem non commemorantur,
non minus tamen Noribergæ celebria, superpondii loco addimus,
quorum *Civile* alterum, alterum *Criminale*.

§. 2. Civile est Banci Mercatorii, Germanicè vocatur *DAS*
Banco-Gericht. Cum enim tanta Mercatorum stipatio sit Noriber-
gæ, tantusque negotiatorum numerus, quibus India & ultima Thule
cognita est, uti *Franc. Iren. in German Exege. l. 3. c. 105.* loquitur,
ac private opes negotiationibus variis ex Europa non solum, sed etiam
extremis orbis terrarum regionibus ac insulis illic, velut in horreo, con-
dantur,

*dantur, teste iterum Pigb. in Herc. Prodicio; Quare ut in negotia-
tionibus quoque suum cuique tribuatur, meritò Sapiientissimus S na-
tus curæ sibi cordique esse voluit: cum & civitatis copiæ & in-
copiæ Mercatura oppidò consulat, superflua exportando, deficienti
invehendo. Unde summa prudentiæ atque auctoritatis apud Græcos
Plato, cum institueret, quemadmodum civitas beatèque habitari possit
in primis Negotiatores necessarios duxit. l. 2. D. de Nundin.*

§. 3. Quod verò in Reformatione Norica nulla hujus Judicii
sub titulis prioribus de Dicaster. mentio injiciatur, ad hujus rei cau-
sam indagandam nec Oedipò conjectatore, neque Diogenis lucer-
nâ opus est, cum illa in propatulo sit: Siquidem postrema sive no-
vissima Reformationis publicatio An. 1564. prodiit; hoc vero Ju-
dicium dimidio seculo post illam cœpit; ut ita non potuerit ejusdem
illic mentio fieri: Interim causas mercantiles in Dicasterio Civitatis
olim agitatae fuisse, ex §. 7. b. cap. colligere licet. Postquam verò in
Italia, Belgio, aliisque Europæ locis celeberrima *Banca publica* in-
valuerunt, Patres Patriæ nostræ, cum Venetiarum, Amstelodame-
sium & Hamburgensium Respubl. ea de re consulissent, similem or-
dinationem de inferendis in Bancum publicum pecuniis, & comme-
diori via, quàm quæ sit iteratâ toties pecuniæ exsolutione, transcri-
bendis ab uno ad alium, præcipuè verò, ut creditor, cui solutio faci-
enda, de justo valore monetæ certior esse posset, in summo temporis
illius rei monetariæ discrimine publicarunt, simulque celeriter e-
pediendis, non modò ex ista monetarum confusione exortis, sed et-
iam aliis Mercatorum controversiis, novum hoc Judicium, anno
scil. 1621. constituerunt, atque egregiam ordinationem, si-
Ordnung des Banco publ. zu Nürnberg, anno 1621. promulg-
runt, quam refert *Limn. ad Jus Publ. l. 7. c. 35. fol. 280.* Conf.
Dn. Leonb. Wurf bain, qui in epistola, *Orationi Dietb. de comparatio-
Reip. Noricæ cum Veneta subnexa*, de origine hujus Judicii ita loq-
tur: *Weget der Banco hat der Rath allhie bey Benedig, Al-*
sterdo

sterdam und Hamburg Bericht eingenommen. Es ist aber das Banco-Amt anno 1621. aufgerichtet worden, und ist Herr Sigmund Gabriel Holzschuer erster deputirter Herr dazu gewesen.

§. 4. Vocabulum *Banco*, utut terminationis Italicæ sit, Germanicæ tamen originationis est, qualia sexcenta in cultissima illa lingua observare licet; cujus rei nec ratio deest. Cum enim Gothi, Vandali aliæque Germanicæ gentes in Italiam irrumperent, vernaculam suam cum Latina commiscuere; prout Græciæ conterminas plagas Græci occupantes (qui tractus Magnæ Græciæ nomine à nonnullis venire solet) suam linguam cum Latina confudere, unde præsens linguæ Italicæ ex Latina, Germanica & Græca mixtæ chaos prodiit. Dicitur itaque Banco, à Germ. *Bank*, subsellio, scamno aut sedili. Primò enim scamnum, sive quidquid aptum est ad sedendum, Bancum sive abacum Itali dixerunt; deinde etiam mensam, cui sedes annexa, Banco appellarunt, præcipuè mensas Mercatorum, Numulariorum & Argentariorum, de quibus consul. l. 7. §. 2. *deposit.* junct. *Panciroll. Var. Lect. l. 1. c. 31.* Unde Bancum rumpere idem est, quod in d. l. 7. §. 2. *depos. foro cedere.* Vid. *Carol. du Fresne in Glossar. verbo. Bancus atq; Octav. Ferrar. in Origin. Linguae Ital. verb. Abacus.* apud quos B. L. multa alia egregiè hac facientia inveniet.

§. 5. Judicium hoc formant duo Domini *Præsides* è Senatu, qui duobus Dominis *Assessoribus* sive Consiliariis, ut plurimum Senioribus, stipati sunt, atque quatuor ordinis Mercatorii *Antecessores*, qui die *Marcks Borgeher* nominantur: Quibus duodecim ex mercatoribus adjunctos esse dicit *Wurfbain. in addit. ad d. ff. J. C. & Reform. Noric. n. 155.* sed hi ad decidendas lites non adhibentur: in causis vero communem Mercaturæ utilitatem respicientibus, aliquando in partem consiliorum vocantur, atque ex iis novi Antecessores fori in locum decedentium eliguntur.

§. 6. *Causæ* in hoc Judicio ventilari solitæ, sunt mercantile controversæ ordinariè (concurrit enim quandoque cum eo Judicium primarium Civitatis, das Stadtgericht,) ad cambia, depositum mutuum, emtionem venditionem, societatem, æsecurationem, solutionem & alia complura negotia attinentes; ita tamen, ut omnia regulariter summarie expediantur, cum in foro mercatorum de plano & ex æquitate procedendum sit, *Bald. lib. 1. consil. 40. n. 10. & Mercur. P. V. decis. 106.* ubi hoc rectè restringit ad causas mercaturæ & mercatorum, quæ talium. Si tamen res altioris indaginis occurrat, quæ testimonium probationem requirat, articuli probatoriales cum interrogatoriis partis adversæ ad Judicium ordinarium, das Stadt-Gericht, transmittuntur, factoque ibi rite examine rotulus ad Judicium Mercantile remittitur, ibidemque sententia definitiva concipitur publicatur.

§. 7. *Locus* ratione transcriptionis cambiorum, solutionumque est sub Prætorii Urbani loco æstivo, qui per singulos dies profectus circa horam decimam signo per campanulam dato & panditur & clauditur. Sessiones tamen & (ut ita appellemus) publicæ audientiæ Judicii mercantilis in Conclavi Judicio Inferiori contiguo, quod dicitur Stern-Stuben vocatur, celebrari solent.

§. 8. Ab hoc Judicio & à causis mercantilibus itidem ad alium præter Senatum, appellari nequit, ex speciali Maximiliani II. privilegio de Anno 1508. quod Carolus V. Anno 1520. & novissimè Ferdinandus II. gl. mem. ann. 1629. plenissimè confirmavit, seqq. verbi gratia: *Das hinführo ewiglich in Sachen der Kaufleut Handel vor und bey den Gerichten in Nürnberg mit dem kurtigsten und summarie soll procedirt und gehandelt werden, und was in denselben Sachen endlich oder unterredlich des Endes gesprochen wird ic. daß davon niemands, wes Standes, Würden oder Wesens der sey, soll oder möge an S. Majestät und Liebden*

dero Nachkommen oder an jemandes, noch auch in kein ander Gericht appelliren, dingen, berufen, reduciren, suppliciren, oder in Gestalt einer Nullität gelangen lassen, dann allein an sie, Burgermeister und Rath zu Nürnberg, oder die Personen, so dieselben in zimlicher Anzahl, die redlich, wissend, Vernunft und Erbarkeit haben, dazu schicklich und gut seyn, wann und wo das die Nothdurft erfordert, zu solcher Appellation: Sachen v:ordnen sollen und mögen zc.

§. 9. Sequitur nunc alterum in Reformatione Nor. (utpote quæ causas potissimum civiles tractat) omissum *Judicium*, *Criminale* scilicet sive *Inquisitorium*, Germ. das Inzucht: Gericht, à verbo Einziehen, quod vel delinquentes custodia & carceribus usque ad irrogationem poenæ includantur, daß sie eingezogen werden, vel etiam, quod per hoc *Judicium* cognitio de delicto acquiratur, si que eingezogen werde. Vocatur alioquin à *Besold.* in *Thesaur. Pract. hoc verbo*, das Inzucht oder Purgation: Gericht, idem exinde, quod reorum purgationes & defensiones in eodem instituantur.

§. 10. Natales hujus *Judicii* dubio procul sunt antiquissimi, cum de actis exerciti jam circa ann. 1308. meri Imperii etiam extra civitatem, ex archivis publicis, & in specie aus dem alten Aicht: Büchlein de An. 1308. & seqq. in sæpius cit. *Cop. etl. Briefl. Urkunden* zc. f 45. constat.

§. 11. *Personæ* huic *Judicio* præ- & affidentes sunt XIII. *Dnn. Scabini Senatores*, qui *Domini* COSS. in specie ita dictis contradistinguuntur. Omnis enim Inclut. Senatorum sive Burgomagistrorum (uti à *B. Dn. Atavo alleg. Ep. c. 7.* vocantur) ordo iterum in COSS. & Scabinos, id est, eos, qui quæstionibus reorum & *Judicio Criminali* intersunt, iterum dispescitur. Vota illorum solenni, & ad *Nemeseos*

*Carolina art. 92. & 93. normam, institutâ rogatione publica, exquiri
Judex Criminalis, der Kaiserliche Bann-Richter, de quo supra
2. §. 4. sub f.*

§. 12. Illi, in quos hoc Judicium exercetur, vocantur die Richter, und Purganten, Vid. *Acta des Ritterlichen Teutschen Ordens*, & quidem in specie *Acta Cameral. in Appellat. Each des Ritterl. Teutschen Ordens, in puncto homicidii à Mich v Danckerstweil commissi, fol. 201. in rubr.* Exercetur autem hoc Judicium (1) in omnes Civitatis Noricæ cives & incolas, neque solum in hos, sed etiam (2) in peregrinos, Noribergæ delinquentes, & que in loco commissi delicti repertos, nullâ observata differentiâ nobilibes an sint, vel ignobiles personæ, cum reatus omnem honorem excludat, per *l. 1. C. ubi Senat. & tradita Brunnem. in Processus quis. c. 3. n. 3.* Imò etiam (3) contra absentes & fugitivos, non tantummodo per processum contra absentes delinquentes receptum, sed etiam per requisitionem ad remissionem peragendam, si scilicet illis in locis inveniantur, in quibus Civitati Noricæ per pacta aliosque modos remissiones hæctenus concessæ fuerunt. Aliàs hodie istæ remissiones non amplius sunt necessitatis, sed meræ urbanitatis & amicitie, quæ, extra casum pacti, non nisi sub literis reversalibus conceduntur, ut tradit *Brunnem. cit. c. 3. n. 8.* ibique allegat *Gail. Carpz.* Talia verò pacta inter Potentiss. Electorem Baviaræ, ratumque quarundam Præfecturarum Superioris Palatinatus, atque Incl. Reipubl. Norib. intercessisse, præter tenorem pactorum, frequentioribus remissiones, quæ hinc inde fiunt, abundè testatum eunt. Quomodo porro (4) in eos, qui vel ad domum Ordinis Teutonici Noribergæ constitutam, vulgò das Teutsche Haus, confugiunt, in eadem delicta graviora committunt, hoc judicium nostrum functionem habeat jurisdictionem, *ex cit. actis Cameral. fol. 105. & multis seqq.* prolixius apparet. Denique (5) extra civitatem Noricam omnes omninò subditos, quarumcunque præfecturarum, & ext

neos, ibid. delinquentes; quamvis quoad quosdam subditos illis in locis, ubi Seren. Marchiones Brandenb. die Freisliche Obrigkeit pretendunt, multis hactenus controversiis obnoxium fuerit. An jure, nec ne? ob fonticas rationes non disputabimus, sed prudentiorum consilio relinquemus. *Conf.* interim sæpius laudata *GRAVAM. Revision. cum Copiis der Briefl. Urkunden* &c. in quibus hæc controversia latissimè tractatur. Ex quibus jam collectu facile est, in quibus *causis* hoc Judicium cognoscat: scilicet, extra delicta leviora, quæ in Collegio Quinque-Virali, & Judicio Opificum coërcentur, reliqua omnia crimina publica & privata in hoc Judicio vindicantur, adeoque merum Imperium sive Jurisdictionem Criminalem nomine S. C. M. & Incl. Senatûs exercet.

§. 13. *Modum procedendi contra absentem* innuit der Bericht, wie es zu Nürnberg An. 1570. wider einen flüchtigen Inzichter und Purganten im Teutschen Hof gehalten worden, *in cit. Actis Camer. &c. fol. 201. seqq. verbis*: Aus den vorhandenen Büchern über die Inzicht: Sachen von An 1567. befindet sich bey allhi: sigem Nürnbergischen Archiv, daß wider die flüchtige Thäter je und allezeit (bevorab wann keine Gegentheil von Des Abgeleiteten Freundschaft zum Anklagen erschienen) nachfolgender Proceß gehalten worden: Daß man, nach vorgehender eingeholter genugsamer Information in facto, durch Zeugen und in andere Weg, den Inzichter zum ersten mal citiren, die Citation auf dem Land in dem Dorf, da der Uoleib geschehen, oder ad domum des Inzichters, oder bey seinen Befreunden, oder allie unter dem Rathhaus thun und anschlagen, dann so er contumaciter aussen blieben, ihn öffentlich verruffen: Darauf secundam citationem ergehen, und, so er wiederum nicht erscheinen, auf demselbigen andern Termin die definitivam sententiam, sowoln condemnando, als absolvendo solenniter publiciren und eröffnen lassen.

§. 14. Quòd verò modum procedendi contra presentes concernit, sequentem ex actis colligere licuit: (1) Delinquens vel Inquisitus post delictum perpetratum aut incarceratur, vel etiam, si alius sit, & sua sponte se sistere vel purgare velit, impetrat *salvum conductum*, nonnunquam *generalem* solum, zum *Rechten, nicht absonderlich von Rechten*, quandoque verò & ut plurimum *specialem*, zum *unbeschränkten von Rechten*, (de quo duplici salvo conductu plura videri possunt apud Zanger. & Carpz. quos laudat & sequitur Brunn. in Proc. Inquis. c. 8. n. 6. n. 15. seqq. ubi *generalem* salvo conductum eum esse definit, quando iudex, absque præstita cautione, reo citato tribuit secretitatem ad iudicium veniendi, & inde recedendi, fere per triduum spatium; *specialem* verò ad totum tempus litis durantis cum cautione cognitione dari dicit) posteaque *purgatoriales* suos; iunctâ eorundem specificatione, exhibet. Sunt enim, inquit *disertissimus Romulus Nodding* in Orat. pro Mil. qui se offerant iudicii, *innocentiâ freti*; sunt etiam, qui *conscientiâ stimulis adacti se ipsos puniendos exhibeant*. Adnitidissima paraphrasis Nemes. Carol. Georg. Remi ad art. 156. Sed *purgatoriales* tunc solum locum habent, si per modum *inquisitionis* contra delinquentem procedatur, quibus casibus pro re nata *Fiscalis* ex officio constituitur, ut *purgatorialibus* his contradicat, *interrogatoria* exhibeat, & ad deductionem *purgatorialium* respondeat. Quod si verò v. g. occisi heredes proximique cognati, vel *Fiscalis accusatio* nem contra inquisitum instituant, offertur *libellus accusatorius*, & *Peinliche Schriftliche Anschlag*, subiecta petitione, ut vigor Constit. Crim. Carol. V. adversus Inquisitum procedatur. (2) *Libellus communicationem* Reus decenter & humillimè petit. (3) Inde, ut plurimum in proxima *Juridica*, *litem negativè contestatur*, & specificationem atque *purgatoria* addit, quos (4) accusator vel *rejecit* vel *admittit*, salvo jure salvisque *interrogatoriis*. Postmodum (5) in utroque processu exhibentur *interrogatoria*, *testes* examinantur eorumque depositiones *publicantur*. Hos actus excipit (6) *disputatio attestatorum*, vel per deductionem *purgatorialium* cum contradictione

ditione Fiscalis constituti, vel etiam in accusatorio, mit Producirun
 der Deduction : und Nach-Schriften, sub clausula tamen reserv
 toria, & ex parte Accusatoris & ex parte Inquisiti; Si quid novi &
 Tandemque (7) *sententia* in aula plerumque Curiae diebus istis, judici
 Criminali Norib. destinatis, quos meritò Atros vocare possemus
 Martis scilicet, Jovis atque Saturni publicè pronuntiatur, Reusque
 vel ab ordinariâ poenâ absolvitur, vel carcere & carenâ punitur, vel
 ad poenam capitalem condemnatur, quo casu tamen, triduo ante so
 lennem *sententiae* publicationem ante, juxta *Ordin. Crimin. Carol V*
art. 79. executio condemnato denunciatur, quò se ad mortem pe
 veram poenitentiam præparare possit. Cæterùm, quomodo Exe
 cutio poenæ capitalis juxta Nemesis Carolinam peragatur, ut recensea
 mus, hujus loci non est.

§. 15. Unicum tamen hoc non incongruè quæri potest: *Nu*
reus sententiâ hujus Judicii gravatus ad remedium appellationis ad
mittatur? Sanè, quod in *processu Accusatorio* hæc appellatio denega
 ri nequeat, modò ex justa causa interponatur, dubio caret, idque
 ipse *Carpzov.* alioquin appellationem in Criminalibus reprobans, *E*
III. q. 139. n. 3 I. admittit, eamque *sententiam* in terris quoque Sa
 xonicis receptum esse dicit; Quod verò *processum Inquisitorium* con
 cernit, *Carpzov.* quidem *c. q. 139 n. 14. seqq.* appellationem rejicit
 hancque ob causam ad inveteratam Germaniæ consuetudinem, atque
Ordinat. Imperii Cameralem provocat. Sed enim verò, hac in re
 acerrimum antagonista *Just. Oldekop. in tractat. de appellat. in cau*
crimin. invenit, qui, rejectâ distinctione inter *processum Accusatori*
um & Inquisitorium, appellationem indistinctè admittendam docet
 Neque diffitendum est, tam de *J. C. per l. 6. D. de appell. § l. 29. C*
cod. quàm de *J. Can. per c. 5. §. præterea § c. 13. c. de Appellat.* ad
 mitti appellationem. Inveterata Germaniæ consuetudo est facti, &
 hætenus non sufficienter probata. Quoad *Ordinat. Cameralem* autem
 quæ *P. II. tit. 28. §. Item nachdem auch*, rejicit appellationem in
 criminalibus, committitur fallacia non causæ, ut causæ: nam ad Ca

meram Imperialem appellatio propterea non admittitur, quia de causis criminalibus, poenam sanguinis inferentibus, non cognoscit, per *cit. tit. 22. d. §.* Unde à Camera ad alia Judicia Superiora Statuum Imperii firmum argumentum duci nequit; sed potius, quoad processum Inquisitorium, distinguendum est, an delictum commissum sit notorium, an verò sit adhuc dubium, aut condemnatus conqueratur de graviore poena. Priori casu non admitti debet appellatio, bene tamen posteriori. Vid. *Brunn. in Proc. Civ. atque Mev. P. II. deo 272.* Ex quibus liquet, quomodo & quando in causis Criminalibus Incl. Senatus Norib. appellationem admittere, ulterioremque causae cognitionem Judicio appellationis concedere possit.

CAP. VII. & Ultimum. De Judicio Appellationis, Appellation- Gericht.

SUMMARI A.

- | | |
|---|---|
| <p>§. 1. <i>Judicium Appellationis. Ejus Origo.</i></p> <p>§. 2. <i>Persona.</i></p> <p>§. 3. <i>Locus & Tempus.</i></p> <p>§. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. <i>Forma Appellationis interponenda & prosequenda.</i></p> <p>§. 10. <i>Sepositis Judiciis Suburbiorum & Praefectarum de causis feudali-</i></p> | <p><i>bus disquiritur, ubi tractanda, cu certum Judicium Feudale Norib. constitutum non sit?</i></p> <p>§. 11. <i>Generale axioma de potestate omnium Judiciorum Noricorum proponitur, tandemque affinia, Collegia scil. varia Generos. Dnn. Senatorum adjiciuntur.</i></p> |
|---|---|

§. I.

Restat, ut, consideratis subordinatis Judiciis, promissorum nostrorum non immemores, venerandum illud Justitiae Sacramentum, superius nempe, quod in urbe est, *Judicium Appellationis* jam subjiciamus: cujus origo in ann. hujus seculi XV. referenda est. Cum enim antea appellationes ab inferioribus Judiciis ad Ipsum Senatum fierent, atque propter negotiorum pluralitatem ordinarii que processus defectum, seriùs expedirentur: prudentissimo consilio, causa appellationum ritè tractandis, separatum Dicasterium assignatum e

Ufus verò appellationum ad Senatum sanè pervetustus est, attingens illa tempora, quibus, ante institutam Cameram Imperialem, Civitas Norica à Provincialibus judiciis per gratiosissima Imperatorum privilegia exempta fuit.

§. 2. *President* autem huic Judicio *sex Dnn. Scabini & Dnn. COSS.* proximi ordinariè à Suspiciendo Septem Virali Collegio: *bini* vero ex *Dnn. Consiliariis* assident, qui ad sententias à quibus nihil conculerunt.

§. 3. Conveniunt *Dnn. Scabini in loco*, qui junctum sibi habet Judicium Banci Mercatorii, de quo in *prac. c. 7. §. 7. in f.* & vocatur *Die Appellation Stube*, regulariter *singulis septimanis*, scilicet die Veneris & Saturni, ita quidem, ut alternatim binis septimanis publicæ audienciæ habeantur, in reliquis diebus verò ea peragantur, quæ *supra c. 2. §. 20.* proposuimus.

§. 4. Quod verò modum introducendæ & prosequendæ appellationis concernit, pars, quæ se *sententia interlocutoria* gravatam reputat, intra decendium, naturaliter computandum, appellationem in scriptis, subjunctâ Gravaminum recensione, offert: Judex verò à quo ad petitionem alterius partis, hac appellatione non obstante, in causæ cognitione pergere potest, usque tum à *Judice Superiore* inhibeatur.

§. 5. Quod si verò *sententia definitiva* læsam se queratur pars, vel statim apud acta, viva voce, vel intra decendium in scriptis appellat, & apostolos vel reverentiales vel refutatorios expectat: Interim juramentum de non frivole appellando interponit, & adversarium sive satisfactione, sive pignoratitia cautione, unò verbo, idoneè, vel sine fidejussorum nec pignorum copiam habere se posse jurato testari velit, suæ promissioni relictus, securum reddit ac promittit, se sententiæ pariturum. Quod si tamen adversarius cautionem & juramentum hoc intra decendium exigere neglexerit, ad illa præstanda appellans ulterius adigi nequit.

§. 6. Appellatione ita ritè interpositâ, Judex à quo, reveren-

tialibus datis, fatalem eumque regulariter unum, pro qualitate causa & quantitate actorum, ad describenda ista terminum constituit. Appellatione verò, datis refutatoriis, rejectâ, Judex in exequendo pergit, appellans tamen supplicationem Incl. Senatui per regentem Dn. COS. offerre, atque, appellatione tandem admisâ, executionis inhibitionem impetrare potest: Judex verò à quo fatalem iterum terminum ad actorum descriptionem præfigit.

§. 7. Appellatione itaque legitimè introducta, appellans primo termino gravamina sua exponit; sive simplici, sive articulatò libello, cum petitione pro cassanda tota, vel, si tantùm unum aut alterum sententiæ capitulum impugnet, pro reformanda ex parte prioris instantiæ sententiâ. Adversarius verò intra XIV. dies si nihil, quæ formalibus appellationis opponat, habet, litem contestatur, cum petitione, pro confirmanda priori sententia: Ad quæ appellans gravamina repetit cum petitione. Possunt in hoc termino partes ulterius desideria sua in scriptis offerre: imò & juramentum calumniæ, si illud in primæ instantiæ judicio non exactum fuerit, ex causis prægnantibus exigere. In cæteris terminis omnia, ut in prima instantia observantur, modò omnes ambages evitentur, lisque quantum fieri potest abbrevietur. Vid. *t. t. 10. R. N.*

§. 8. *Causæ*, quæ in hoc Judiciũ deduci possunt, sunt omnes illæ, quas hætenus in antecedentibus capitibus enarravimus, exceptis per Clementissima Imperat. privilegia causis injuriarum atque forestalibus & Mellicidarum.

§. 9. Quod si denique pars gravata, sententiâ in hoc judicio latâ acquiescere nolit, & inde ad *Suprema Imperii Tribunalia* provocet, vel, prætermisso hoc Judicio nostro immediatè & statim ad illud provocet, quæ appellatio per saltum dicitur, modò in utroque casu causa vel summa fuerit appellabilis (de qua limitatione passim in antecedentibus egimus, *v. l. 3. d. t. 10. Ref. N.* addatur *Wurfbain. d. diff. 7. C. & Reform. cl. 2. §. 27. ibique in addit.*) ante omnia juramentum de non frivole appellando, & cautionem, se sententiæ obtemperare

temperaturum, præstare debet: His enim omiſſis, vigore privilegio-
rum Frid. III. An. 1464. & Max. I. An. 1495. Civitati clementiſſimè
impertitorum, appellatio nulla atque irrita eſt. Adhæc appellatio
intra decendium, petitis inſimul apoſtoliſ, fieri, actaque intra determi-
natum fatalem terminum deſcribi debent. Quod ſi verò, apoſtoliſ
refutatoriis acceptis, appellans inhibitionem & Compulſoriales,
à Supremis Tribunalibus indultas, exhibeat, Judex executionem
quidem ſuſpenderit, interim actis ſedulo inferi curat, an & in quan-
tum appellatio interpoſita privilegiiſ Civitatis præjudicet. Vid. R.N.
tit. 10. l. 4. §. Und ſo die.

§. 10. Hæc de *Judiciis Noricis* nobiliſoribus, ſepoſitiſ iis,
quæ in ſinguliſ Suburbiis, & Præfecturiſ Civitatis habentur. Illud
adhuc non immeritò diſquirimus, ubinam *cauſæ Feudales* Noricæ
tractandæ ſint, cum de illarum foro in *Reformat. Norib.* nihil cavea-
tur, & tamen ex Jure Feudali plus quàm notiffimum ſit, cauſiſ feuda-
libuſ certum aſſignatum eſſe forum atque Judicium, quod quandoq;
peragitur apud Dominum, juxta 2. F. 55. §. ult. & c. 5. de *for.*
compet. quandoque etiam, & quidem ſi cauſa controverſa concernit
ipſum Dominum, apud Pares Curia 2. F. 16. 2. F. 39. §. *ſi inter*, &
46. nec non 55. §. p. In foro verò communi & coram judice ordina-
rio non niſi in ſubſidium, deficiente foro feudali, ut cum allegatiſ
demonſtrat. *Rofenthal. de Feud. c. ult. concl. 1. & ſeq.* quæ ratio eſt,
quod multiſ in lociſ hodie conſtituta videamus certa Judicia Feudalia,
Die Edlen, vel abſolutè, *Lehn: Gerichte*, quibuſ præeſſe ſolet
Der Lehen Richter. Exinde ſanè, quod in *Ref. Nor.* quæ tamen
feudorum ſubinde mentionem facit, de judicio cauſarum feudalium
niſi conſtitutum reperiatur, haud improbabiliſ concludendum eſt,
quod earundem dijudicatio Domino feudi, ſecundum diſpoſitionem
J. F. reſervata ſit; cum caſuſ à Jure Statutario non determinati perma-
neant ſub diſpoſitione Juris communis, ut docent *Carpzov. P. I. dec.*
63. n. ult. & P. II. dec. 102. n. 10. ubi plura huc pertinentia proponit,
atque *Mev. P. I. dec. 133. n. 8. & P. VII. dec. 255. n. 3.*

§. 11. Demi-

§. II. Denique circa omnia hæc Judicia Norica, coronidum loco, hoc generale Axioma observandum est, quod quanta quantâ etiam consent auctoritate, eam tamen non nisi Inclito Senatui Norico acceptam ferre debeant; Hic enim merum & mixtum Imperium, omniaque Regalia, & Superioritatis ac Magistratus ordinarij jura in Civitate atque territorio suo habet; cumque omnes subditorum causas in Senatu audire nequeat, varia hæc Judicia instituit, iisque hanc delegatam credidit jurisdictionem; Prout & adhuc, ad commodiorum causarum ad Reip. statum pertinentium expeditionem, certa & ab his Judiciis separata Collegia constituit, qualia sunt *Gen. Dnm Duum Virorum, Trium Virorum, Septem Virorum, Scholarcharum, Reimilitari Praefectorum, Provincialium, aliaque tum ordinaria, tum pro renata extraordinaria, vulgò Dnm. Deputatorum dicta*, quorum sublimitatem tamen attingere & incondiô stylô temerare velle, cum Icarus ausus sit, quem Icarum fatum casusque meritis maneret, idcò hic subsistimus, quoniam illa apud Romanos quondam, judicij finitiss, usitata vox; *Ilicet, Actum est*, ad aures jam dudum verberasse nobis videtur. Interim pro *Venerandis PATRIA PATRIBUS* quorum salute & incremento salus nostra continetur vota suscipimus pariter ac solvimus, Deum bonitate Optimum, potentia Maximum supplices precati, ut in iis propitius consummet, quid quid optare pii cives & possunt & debent: Simplex autem cunctaque complexum unum omnium votum nostrum est

SALUS SENATUS NORICI.

Sit Nomen DOMINI benedictum.

